COMMENTATIO
DE
EPHRAEMO SYRO
S. S. INTERPRETE.

PARS I.

LIBRUM PRIMUM, QUI EST DE CRITICA RATIONE, CONTINENS.

SCRIPSIT

CAESAR A LENGERKE
HAMBURGENSIS,
PHIL. DOCT.

HALIS SAXONUM.
TYPIS HENDELIIS.
MDCCCXXVIII.

VIRO SUMME VENERANDO

DOMINO

HENRICO MIDDELDORPFIO

PHILOS. ET THEOL. D. HUIUSQUE P. P. O.
SEMINARII REGII THEOL. NEC NON PAEDAGOG. DIRECT.
IN ACADEMIA VRATISLAVIENSI.

Nec non

VIRO VENERANDO

DOMINO

AEMILIO ROEDIGERO

PHILOS. DOCT. ET THEOL. LICENT.

NUNC IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI PRIVATIM DOCENTI,

SCRIPTIONEM HANCCE QUALEMCUNQUE

VENERABUNDUS

D. D. D.

AUCTOR

CAESAR A LENGERKE.

PRAEFATIO.

Habetis, BB. LL., de Ephraemi critica ratione quid sentiam, et quamquam omnia, ut spero, suo loco sunt exposita, tamen necessario faciendum ac simul optatum et iucundum existimo, illud in disputationis quasi limine paucis commemorare, quod viri omnium eruditissimi de Ephraemo senserint. Eo nimirum omnes conveniunt, quod sermonis elegantia omnium Syrorum excellentissimus fuerit Ephraemus; quare quantum ex eius cognitione efflorescere et redundare oporteat commodum linguae syriacae, nemo sane nescit! illud omnes assentiunt, sententiarum in Bibliis ei praescriptarum intellectum plerumque eum praeclare esse assequutum; illud clarissimorum scriptis nuper est approbatum, in rebus quae ad veteres nonnullas religiones ac dogmatum historiam pertinent, eum esse fontem copiosissimum. Iam vero istuc quantum sit adiumentum quod ad veterem Versionem syriacam emendandam inde afferatur, si cognoscere cupias, ea in promptu sunt, quae nos latius iam explicavimus. Quibus de caussis, quis non iure miretur, ex omnibus qui his in studiis floruerint, tam exiguum eorum numerum inveniri qui illa ad Ephraemi

scripta accommodaverint. Ego vero quum illud susciperem, haud quidem eram nescius, maius fortasse quoddam esse onus quam vires possent tolerare, tamen ex mea disputatione forsitan occurrat illud, me, ne tanto opere indignus viderer, acriter studuisse. Et profecto qui secus fieri potuit! Praeclare enim cecidit, quod vir S. V. Gesenius ad illud suscipiendum auctor mihi exortus est, quare vel tanti viri erga me humanitas vel ipse meus horum studiorum amor ad id persequendum magno opere excitarunt. Accipiatis igitur, B B. L L., quae iam exposui; mox alteram partem quae de Hermeneuticis aget aperiturus, tum in loco de Ephraemo Theologo explicando quamprimum otium consumam.

Scripsi Halis, die Ioannis bapt.

A. MDCCCXXVIII.

PROOEMIUM.

De vita et eruditione Ephraemi [1]).

1. Ephraemus, Syrorum propheta, Constantino M. regnante, incertum quo anno, Nisibi natus [2]), parentes habuit ethnicos [3]), nam pater eius idoli Abnil a Ioviano post destructi sacerdos fuit. Hic vero impius, ab idoli lenociniis fascinatus, filio, ut primum is ex pueris excessit, iniunxit, ut idoli cultum prosequeretur, quin scelesto furore adeo est abreptus, ut, qui ipsi haud obsecundaret, filium domo excluderet. Sed

1) Narrationes de vita Ephraemi, praeter unam Anonymi Syri, collegit omnes Ios. Sim. Assemanus in Ephr. Opp. graecis Tom. I. p. 1—51 Romae 1732. Primas tenent Gregorius Nyssenus in Encomio ad Basilium M. in eiusd. Opp. ed. Paris. Tom. III. p. 695 sqq. et Anonymus Syrus in narratione de Ephraemo, fabulis quidem varie fucata, quam ex optimo codice exscriptam invenies in Opp. Ephr. syr. Tom. III. p. XXIII — LXIII ed. Rom. 1740. ex codice autem minus vetusto depromptam eamque contractam in Ios. Sim. Assemani Bibl. Or. I. p. 25 — 55. conf. ibid. p. 24. Atqui Gregorii et Anonymi vestigia omnes reliqui scriptores anxie legerunt, nisi Sozomenum excipias in H. E. III. c. 16. Consule Ios. Sim. Assemanum in Prolegg. ad Opp. graeca Ephr. Tom. I. p. VI. Ex nostratibus I. Fr. Gaab in Pauli Memorab. fasc. II. p. 186 sqq. Ephraemi vitam adumbravit. In Ephraemi vita, alias multis fabulis involuta, nobis nunc inchoanda, omnia quae singuli attulerunt, caute ponderare et quantum in nobis est, vitam nostri interpretis, fide paullo digniorem aperire studebimus.

2) Certissime Nisibi natus est, non Edessae, uti multi autumarunt. Sozomenus H. E. III. 16, profert: ὃς ἐκ Νισίβεως ἢ τῶν τῇδε χωρίων τὸ γένος εἶχεν. Edessenus vulgo usurpatur iccirco, quia multam vitam Edessae consumpsit. Antiochia (est vero Nisibis cf. Theodoret. H. E. II. 30. Alb. Schultensii Ind. geogr. ad Vitam Saladini s. v. Nisibis) in Ephraemi Commentariis saepe laude effertur, ut ad Ezech. 21, 19. in Opp. syr. II. 184. E. 1. 407. B.

3) Alii eos christianos fuisse tradunt, ut *Menologion* Basilii in Prolegg. ad Opp. gr. I. p. 34. et *incertus auctor* vitae Ephr. l. l. p. 29. cf. Assemani Bibl. O. I. p. 26. nota 1. Sed coniectura ducor ad suspicandum, ethnicos fuisse Ephraemi parentes, nimirum in tractatu *de confessione et reprehensione sui ipsius*, in Opp. gr. I. p. 130. B. (alia narratio de conversione eius Tom. III. p. 32 sqq. typis expressa, falso ei adscribitur, nec quidquam inde sumendum est. cf. l. l. pag. 42 et 43), quum adolescens admodum fuerit, se baptizatum esse dicit (ἔτι νέος ὢν ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ γέγονα vide verba sqq. ubi de baptismo dicere pergit). Veri simillimum mihi videtur, eos, iam senes, christianam fidem professos esse, nimirum l. l. p. 138. A. legitur: αἰσχύνομαι τοὺς γενήσαντάς με, μήποτε ἐκεῖνοι διάγοντες ἐν βίῳ (i. e. in vita aeterna), κατακρίνωσι τὸν ἐπαγγελμένον τὰ ὑπὲρ τὸν βίον; quod, opinor, haud dixisset, si parentes ethnici obiissent. Parentes autem humili conditione ac genere fuisse, idem affirmat. l. l. p. 130. A.

contigit adolescenti, ut Iacobus[4]) tum Nisibis urbis episcopus, extorrem eum benevole acciperet, sacrisque litteris informaret, mox etiam, adolescentis pietatem sollertiamque admiratus[5]), in ea schola, cui ipse praeerat, praeceptoris munere ornaret[6]). Quinetiam, quum in Bithyniam proficisceretur Iacobus, ut concilio Nicaeno (a. 325) interesset, discipulum sibi socium assumpsit[7]). A quo itinere redux, vitam duram ac solitariam egit Ephraemus, in scripturae sacrae lectione se totum abdidit ieiuniisque vacavit, eoque omnium admirationem et amorem sibi conciliavit. At vero haec pacata et opaca vita mox tristi fato perturbatur. Nisibis enim initio imperii Constantii a Sapore Persarum rege obsessa (a. 338), vix Iacobo Episcopo precante liberatur; mox autem obiit Iacobus (a. 338) Nisibique urbe a Ioviano, Iuliani ſuccessore, Persis tradita (a. 363. cf. ASSEM. B. O. I. p. 31. Not.) scholaque eversa, Ephraemus, praeceptore ac munere orbatus, patriam valere iussit atque in Romanorum terram secessit. Hic baptizatus est[8]) indeque Amidam, matris urbem, se contulit. Post Edessam, tum scholis ornatam liberalissimisque studiis affluentem, praesertim quum Persae studia maxime colerent[9]), facessit, ubi balneatori cuidam, quippe initio non haberet, unde victum sibi pararet, operam locabat; in subsecivis tamen horis paganos qui Edessae idolorum cultu tenerentur, sermonibus et disceptationibus ad virtutem revocare studebat. Quod quum assidue faceret, accidit aliquando, ut monachus quidam eum disputantem audiret eique persuaderet, ut sordidis istis officiis abiectis, vitae monachicae in monte prope Edessam posthac se applicaret.

---

4) ASSEM. B. O. I. p. 17. Alii Iacobum Edessenum († init. saec. VIII.) alii Iacobum Sarugensem, Ephraemi praeceptorem fuisse somniant. ASSEM. l. l. p. 470.

5) Nihilominus tamen ipse Ephraemus peccata erroresque adolescentiae suae acerbissime deplorat in tractatu *de Reprehensione* l. l.

6) Benattibus ap. ASSEM. B. O. Tom. III. P. II. p. 924 verba habet haec: Iacobus Sanctum Ephraemum Nisibi syriacae linguae magistrum constituit. — Ceterum grammaticam syriacam scripsisse Ephraemum, negat I. S. ASSEMANUS ad Opp. gr. in Prolegg. p. 11. non enim, inquit, Ephraemi aetate grammatica scribi coepta fuerat.

7) ASSEM. B. O. I. p. 31. not. Ephraemum concilio Nicaeno interfuisse omnia Orientalium monumenta clamant. Haud igitur, omnibus argumentis destitutus, illud dubitare debebat CREDNERUS *de indole versionis syr.* etc. Goetting. 1827. (p. 11.)

8) Magna est temporis quo Ephraemus baptizatus fuerit, confusio. Apud Anonymum legimus haec: ܘܩܒܠ ܪܘܫܡܐ ܕܡܥܡܘܕܝܘܬܐ ܠܘܬ ܚܕ ܡܢ ܐܒܗܬܐ ܩܕܝܫܐ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܐ ܫܢܝܢ i. e. *et accepit signaculum baptismatis* (i. e. confessionem baptismatis, *σύμβολον*, praestitit) *apud unum e sanctis patribus, octo et viginti annos natus.* Si quis annum quo Ephraemus obiit (378) consideret et quo tempore illa Persarum invasio incidit, bene cogitet (363 sub Ioviano), quis est, qui dubitet, quin hic error lateat? Nam Ephraemum adolescentem admodum baptizatum esse, ex iis quae iam supra (Not. 3) dicta sunt, apparet; nec minus certum esse videtur, illud ab Iacobo ei contigisse. Tempus igitur, quo illud acciderit, fallit auctorem. Nihil caussae est, cur cum ASSEMANO B. O. I. p. 31. statuamus, Ephraemum, morem antiquum sequutum, distulisse baptismum. Rectius fortasse monet ille, multa, quae apud Anonymum narrentur, illam postremam Ephraemi ab urbe Nisibi discessionem antecessisse.

9) ASSEM. B. O. Tom. III. P. II. p. 924 sqq.

2. Iam vero ad commentarios scribendos studium contulit[10]), quod ex istis fabulis, visionibus quidem involutis, quae in hoc tempus incidunt, liquet, et apud omnes vitae Ephraemianae scriptores occurrunt. Quarum quidem visionum altera Ephraemum, angelo quodam iudice, inter aemulatores eosque scripturae sacrae interpretes, palmam reportantem producit; altera eum puerum nobis in matris sinu iacentem ostendit, cuius linguae palmes adnascitur, ad coelum usque increscens botrisque abundans, racemorumque refertus, quippe quibus Homiliarum Hymnorumque symbola significantur. Licet igitur in duabus illis de Ephraemo narrationibus laudes eius, quibus Syrorum nemo eum antecelleret, amplissime symbolice describantur, in posteriori tamen eximia interpretandi facultas insigniter celebratur. Narrant etiam[11]) monachum illum, qui Ephraemum convenisset, conscribentem eum Commentarios in Mosis libros reperisse[12]), iisque accurate perlectis, ab Ephraemo impetrasse, ut cum doctis quibusdam Edessae versantibus communicandos eos sibi traderet, quin omnes, novi atque inauditi operis admiratione perculsos, statim, ut eum salutarent, ad Ephraemi speluncam confluxisse. At vero ille, quae eius erat modestia, in silvas se vicinasque valles abdidit, post tamen urbem intravit, omnium quidem honorum decora strenue recusans.

3. Iam Edessae diutius moratus, scholam instituit[13]), in qua non nisi sacris scripturis Patrumque in eas commentariis opera dabatur, uti communior et usitatior studiorum apud Edessenos fuit ratio. Iam discipulos congregavit et quod erat otii, in commentariis scribendis consumpsit[14]), in ethnicis haereticisque ad religionem Christi con-

---

10) Ephraemum Commentarios composuisse in utrumque Testamentum, vetus ac novum, testes sunt Gregorius Nyssenus (Opp. Tom. III. p. 601. ed. Paris.), Barsalibaeus et Barhebraeus ap. ASSEM. B. O. I. 57. 63. Adhuc tamen codex N. T. non repertus est; fragmenta, graece scripta, in Bibliotheca Vatic. reservantur. l. l. p. 157.

11) Apud Anonymum p. 34. aliosque.

12) Nunc demum Ephraemum ad scribendum Commentarios venisse ex Edessenorum vel maxima admiratione et quasi stupore liquidum fit. cf. Anonym. l. l. et incertum auctorem in Opp. gr. I. p. 30. C. D. Illud opus cuius hic mentio fit Scholia in Genesin (Opp. syr. I. p. 116. sqq.) continuisse videtur. Anonymus quidem dicit: ܐܫܟܚܗ ܠܩܕܝܫܐ ܟܕ ܟܬܒ ܗܘܐ ܦܘܫܩܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܕܡܘܫܐ ܣܦܪܐ i. e. *reperit sanctum scribentem commentarios in Pentateuchum librum Mosis.* Nec vero innuit auctor Commentarium in Genesin, quem invenies l. l. p. I. sqq. nam in libri exordio aperte legitur, se, *ut amicis obtemperaret*, hunc commentarium conscripsisse quaeque ipse de hoc libro Mosis in sermonibus et interpretationibus (ܒܡܐܡܪ̈ܐ ܘܒܦܘܫܩ̈ܐ) disputavisset, collegisse.

13) Huius Scholae meminit Benattibus apud ASSEM. B. O. Tom. III. P. II. p. 924 §. 11: —— quumque Persae illuc (Nisibin) invasissent, Edessam petiit Ephraemus ibique mansit omnibus diebus vitae suae. Scholam aperuit quae post eum duravit. —— Gregor. Nyssen. l. l. p. 604. C. asserit, Ephraemum ita se Edessae gessisse, vel ut fructum cognitionis caperet, *vel aliis praeberet* (καρπὸν γνώσεως ἢ λαβεῖν, ἢ μεταδοῦναι).

14) Commentarios, uti mea quidem fert opinio, nunc confecit, quos si legendo gnaviter considerare volueris, fa-

vertendis versatus, Arii divisionem, confusionem Sabellii, Apollinaris opinionem detestatus est, Anomios repressit, Novatum convicit, Manichaeos taxavit, Bardesanem perstrinxit, Iudaeorum Chaldaeorumque longe pervagatos acriterque agitatos errores maxumopere impugnavit. At adeo ſumma fuit Edessenorum pervicacia, ut non correctionem minus ferrent, sed manus ei inferrent eumque urbe eiicerent. Nunc iterum in solitudinem abiit. Mox vero, Basilii Caesareae Episcopi fama, in dies magis aucta, eo est adductus, ut suscipiendum ad illum iter cogitaret, quod tamen distulit, quum antea aliud ad Aegyptios pararet et mari procellisque feliciter superatis in Aegyptum adveniret, ubi Sermonibus Homiliisque aegyptiace scriptis haereticorum errores impugnando perstrinxit [15]). Iam vero Ephraemus, annis octo exactis, ex quo tempore ad Aegyptios venisset, una cum interprete, Caesaream Cappadociae urbem est profectus, ut Basilium viseret. Advenit Caesaream [16]), ubi Basilius diaconi munere Ephraemum, presbyteri discipulum eius, qui interpretem agebat, ornavit [17]). Quum autem manum ei imposuisset formulamque ordinationis recitasset, Deo intercedente, si quidem Anonymo fidem habemus, subito evenit, ut Basilius diaconum syriace compellaret, Ephraemus ei graece responderet, etsi neque ille neque Ephraemus huius linguae, qua nunc utebantur uterque, scientiam qualemcunque sibi comparassent. Sed paucis diebus post novae iam exortae haereses eum Edessam revocarunt.

4. Sed necesse est, antequam de reliqua Ephraemi vita disseram, meam orationem a praescripta via aliquando devertere et ad aliam declinare, qua ea quaestio mihi aperienda erit, *utrum linguae graecae scientiam habuerit Ephraemus, an non habuerit?* quoniam illam, saepe iam propositam, arcte cum hoc Basilii et Ephraemi congressu

---

cile intelliges, ita esse comparatos, ut quasi uno tenore conscripti videantur, nec unum locum exhibeant, quo aut cessasse et quasi respirasse, id quod certo quidem perraro accidat, auctor manifesto convincatur. Accedit etiam illud, quod discipulorum causa exempla debebant ante oculos poni (etenim interpretum inter Syros principem Ephraemum cognovimus,) quibus efficerentur interpretes a praestantia laudabiles, quod postea videmus factum esse in illis, quippe eius scholae interpretes summa praeter ceteros fama excelluerunt.

15) At de itinere in Aegyptum, quod Anonymus hic interponit, omni iure ambigitur; nimirum apud omnes reliquos scriptores narratio de linguae scientia et itinere Ephraemi in Aegyptum desideratur. Haud sane scio an eo orta sit, quod multi, qui Ephraemi scripta aegyptiace etiam exstare cognovissent, dubitarent, an ipse Ephraemus ea aegyptiace composuisset; quo factum est, ut utrumque illud ei affingerent. At vide sis ASSEMAN. B. O. I. p. 41. not.

16) Meminit Sozomenus III. 16. huius congressus idque *ante* episcopatum Basilii (initio a. 370. cf. GARNIER ad Basil. M. Opp. Tom. III. Praef. cap. 13. IV.). Ait enim, Basilio, post Caesareae episcopo (μετὰ ταῦτα ἐπισκοπήσας) eruditionem Ephraemi fuisse admirationi.

17) Adeas ASSEM. ad Ephr. Opp. graeca I. Prolegg. p. 8. et III. Prolegg. p. 45.

coniunctam videmus. Etenim exstiterunt, qui hoc certe ex narratione illa consequi putarent, Ephraemum consuetudine Basilii graecam linguam didicisse[18]). Sed facilis et prompta est refutatio, quum ipsa narratio multa praebeat, quae illam sententiam infirment. De Ephraemo enim id certum est et exploratum, quandoquidem interprete utebatur, eum ante, quam Basilium convenisset, graece haud scivisse; atqui hanc scientiam Deo intercedente precibusque Basilii statim ei contigisse, quis credat? nec maiorem veritatis speciem fert ea opinio, Ephraemum dum Caesareae moratur, linguam graecam didicisse, quum apud Anonymum (p. 47) legas: *in ipsis illis diebus* (ܒܗܘܢ ܒܗܢܘܢ ܝܘܡܬܐ) nec minus apud Pseudo-Amphilochium in Ephr. Opp. gr. I. p. 36: *post tres dies* eum Caesarea discessisse, nec tamen alius quisquam, nisi Anonymus et Amphilochius rei meminit. Numquid credis, Ephraemum tam brevi temporis spatio in lingua graeca profecisse? Sed alias dubitationes etiam narratio movet. Quaeritur enim, num unquam coram populo verba fecerit Basilius (Garnier ad Opp. Basil. Tom. III. p. 126.), atqui vero hic eum concionantem reperit Ephraemus! Neque magis id probatur, quod utrumque sibi invicem ignotum fuisse scriptores Amphilochius et Anonymus perhibent, iccirco quidem, quia Basilius quum Mesopotamiam monachica ratione obiisset (Garnier l. l. §. 4.) facile eum cognovisse poterat. Haud sane scio, an Basilius ipse fuerit monachus ille, qui viseret Ephraemum.

Permulta porro signa habemus, quae fabulae fontem et originem indicant. Primum enim, quum Ephraemus Diaconorum in ordinem reciperetur, fortasse quispiam graeca ordinationis formula, ut ecclesiae mos ferebat, praeivit. Deinde iam antiquissimis temporibus, Hieronymo teste (catal. scr. eccl. c. 115.) et Sozomeno (H. E. III. 16.) Ephraemi scripta in linguam graecam translata, pervulgabantur, unde facile fiebat, ut opinio gigneretur, Ephraemum graece scripsisse aut certe eam linguam calluisse. Deinde quum de eo accepissent, convenisse eum aliquando Basilium, graecum hominem, nec scirent, interpretis omnino quidem obliti, qui factum sit, ut ambo sermones conferrent, nisi alter alterius linguam loqueretur, eorum animus in istam mirificae cuiusdam linguarum concessionis cogitationem incidit.

Age vero de narrationis fonte dubitaturi simus, nam omni idonea fide eam plane destitutam esse cognovimus. Etenim eius auctorem nullum habes nisi Anonymum syrum, istum fabulis varie fucatum mireque deformatum, cuius incertissima vestigia anxie pressit ea narratio vitae Ephraemianae quae Amphilochio Iconii Episcopo falso ad-

---

18) Assem. B. O. I. p. 64. 71. Spohn *de ratione* etc. p. 16. Wahl libro infra laudando p. 85. 86. Credner p. 12.

scripta (ASSEM. ad Opp. gr. I. p. 34) nihil nisi Versio eaque corrupta et amputata est aestimanda (l. l. p. 8). Nullum rei vestigium deprehendes apud Simeonem Metaphrasten (l. l. p. 23), quod fugit ASSEMANUM (B. O. I. p. 55). At vide quam altum de re silentium teneat ipse Ephraemus in Encomio Basilii (Opp. gr. II. p. 289 — 296), qui hunc cum Basilio congressum allegorico ornatu involvit (l. l. p. 291), sed ne verbo quidem istud miraculum aut suam graecae linguae scientiam attingit. Iam nihil quidquam habet Basilii frater et Ephraemi aequalis Gregorius Nyssenus (Opp. III. p. 605). Nescio igitur, quomodo ASSEMANUS (B. O. I. p. 55. qui tamen ad Ephr. Opp. gr. III. in Prolegg. 46. ipse se corrigit), quem temere sequutus est CREDNERUS (p. 16), ad istum locum provocarit. Verum enimvero omnem graecae linguae scientiam aperte ei abiudicant Sozomenus, ipse in oriente natus (H. E. III. 16), quum Ephraemum usurpet ἑλληνικῆς παιδείας ἄμοιρον, ac Theodoretus, Antiochiae natus, qui (H. E. IV. 29) Ephraemum propter id ipsum admiratus est, quod ille, quamquam graecae linguae ignarus, tamen Graecorum errores feliciter convinceret (παιδείας γὰρ οὐ γεγευμένος ἑλληνικῆς, τούς τε πολυσχεδεῖς τῶν Ἑλλήνων διήλεγξε πλάνους κ. τ. λ.). Quin etiam Sozomenus plane negat, at iniuria, Ephraemum liberali eruditione praeditum fuisse, sed philosophia potius monachica vitam exercuisse, nec litteris informatum, nec talem habitum esse; sermonis elegantia quidem Graecos etiam superasse. At videndum erit, ne aberremus Sozomenoque nimium fidei habeamus, nam licet graecae linguae ignarus fuerit, non eo iam efficitur, ut Graecorum scripta omnino ignorarit, vel doctrinae liberalis rudis fuerit. Nam bene tenendum est, nonnisi eos perstringere Ephraemum, qui, scripturis sacris plane neglectis, philosophiae absconditae et abstrusae (Opp. syr. I. p. 536. C.) aut Graecorum scriptis nugisque (ibid. p. 276. E.) plus nimium indulgeant, nec tamen eos taxare, qui ad studia haec ratione incumbant; nam locus occurrit quo iuvenes ad Graecorum lectionem magno opere excitat, quem infra aperiemus. Omnino autem nostro de Ephraemi eruditione iudicio illud Gregorii Nysseni (Opp. III. p. 604) moderabitur, quum dicat: οὐ μόνον δὲ ταύτης τῆς ἡμετέρας καὶ θεοπνεύστου σοφίας ὅλον τὸν πνευματικὸν κρατῆρα ἐκπέπωκε καὶ τοῖς ἄλλοις μετέδωκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔξω κοσμικῆς κ. τ. λ.

Esse igitur ex illa mirifica narratione nihil, quod fidem habeat, depromendum, aperuimus. Aliud tamen afferunt argumentum, quo freti, Ephraemum graece scivisse statuunt, argumentum igitur, quod ex illa graecorum verborum frequentia in Ephraemi scriptis reperta, repetunt. At me quidem illa non offendit. Facile enim, opinor, fieri potuit, ut illa Syriae cum Graeciae ecclesiarum coniunctione scriptorumque graecorum, patrum imprimis, Versionibus, lingua etiam syriaca ex graeca sibi multa verba accommodaret et

assuesceret[19]). Nimirum in Versione simplice eorum iam frequens numerus exstat. Alii autem id obiiciunt, quod Ephraemus haud raro graecos scriptores citaverit, ut Irenaeum, Athanasium aliosque[20]), quin in sermonibus exegeticis (Opp. syr. II. p. 317) iuvenes exhortatus sit, ut graecarum litterarum studiis se applicarent[21]). Ita quidem. Graecorum scripta ibi ad coelum usque tollit; Oratorum, Medicorum, Philosophorum et Grammaticorum, eosque inter Hippocratis, Galeni, Porphyrii, Aristotelis, Platonis et Socratis[22]) meminit. At obsecro, quid impedit, quin Versiones e graeco aptas Ephraemo ad manum fuisse statuamus, quarum ope scientiam hanc sibi compararit[23])? nec credibile, ne illa liberalissima studia, quorum ornamentis Alexandrinorum schola affluebat, tum totius Orientis, tum Syriae scholas ad sui aemulationem imitationemque excitarent easque eo ferrent, ut Versionibus saltem ad scriptorum graecorum intellectum sibi aditum aperirent[24]). Eodem autem iure quo ad scriptorum graecorum accommodationem provocas, diceretur, Ephraemum *latine scivisse*, scilicet tale quippiam nemo unquam contendit; et tamen ad Iesaiam Opp. II. p. 33. D. *Commentarios romanos* ita laudat: ܐܢ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܠܢ ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܝܗܘܕܝܐ ܢܩܪܘܢ ܟܬܒܐ ܕܦܘܫܩܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܘܗܘ ܡܫܬܡܥܢܝܢ ܠܢ ܕܗܘ ܒܫܢܬܐ ܕܐܬܝܠܕ ܡܪܢ ܐܫܬܒܩܬ ܗܘܬ ܐܪܟܘܬܗܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܡܫܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܝܗܘܕܝܐ ܠܪܗܘܡܝܐ ܘܡܬܟܬܒܝܢ ܒܟܣܦܐ ܕܪܫܐ i. e. *ceterum si Iudaei Evangelio nostro non credant, legant librum Commentariorum Romanorum, ex quibus percipiemus profecto, eo anno, quo natus sit dominus noster, ipsorum rempublicam a Deo iam derelictam Iudaeosque a Romanis subactos, atque capite censos fuisse.* — Aliud autem argumentum ex ipsis Ephraemi Commentariis depromptum, ubi passim graecus interpres citatur, opinioni nihil affert fulcri; ut infra aperiemus. Denique vero, etiamsi graece calluisset Ephraemus[25]), tamen, quod ad Commentarios attinet, nihil ex miraculo isto peti posset, iccirco quidem, quia scripta illa tunc, quum congressi sunt, iam confecta fuere (vid. Not. 14.).

---

19) Richard Simon Histoire critique du V. T. Rotterdam. 1685. p. 278.

20) Assem. B. O. I. p. 55. Richard Simon. l. l.

21) Credner p. 11.

22) Quid si *Isocratem* scriptores inter graecos laude prosequi voluerit, non Socratem? Ex oratoribus quidem, quos ante laudaverat, neminem produxit.

23) De initio saeculi quinti illud constat; tum Cumas et Probus libros Aristotelis e graeca in linguam syriacam verterunt, cuius scripta apud Syros orthodoxos prius coli coepta fuerant quam apud ceteros. Assem. B. O. III. P. I. p. 87.

24) Assem. ad Ephr. Opp. gr. Prolegg. p. 9. monet: quod nonnulla Graecorum opera idem Ephraemus citaverit, non illum graece ea legisse convincit, sed fieri potuit, ut in Syriacum conversa consuluerit, quod probabilius censeo.

25) Hugius (Einleit. in d. N. T. Editio III. p. 357.) coniicit, Ephraemum cum Teupolis Patriarcha eiusdem nominis, cui Photius (Cod. 228) graecam eruditionem et linguae graecae scientiam apprime vindicat, mutatum esse. At supra vidimus, unde fabula originem suam ducat.

5. Sed ad vitae narrationem, a qua digressi sumus, redeamus. Edessam igitur reversus, seditionem restinxit, tum Samosatam, urbem ad Euphratem sitam, properavit, haereticorum errores impugnavit, iterumque Edessam revertit. Hic Bardesanis haeresin invaluisse vidit, qui modis mollibus imaginumque luxurie falsaeque fidei erroribus iuvenum audientiam allexit. At insurrexit pius Ephraemus. Convocavit virgines[26]), hymnos composuit et velut citharoedus docebat modos musicos modulandique carminis leges. Hoc in munere tamdiu sibi placuit donec ad eum conveniret tota urbs et confunderetur et dissiparetur turba adversariorum. Duobus annis post quum Caesarea discessisset, Basilius ad eum ablegavit discipulos, episcopum esse creatum Ephraemum nuntiaturos; sed Ephraemus quippe ab omni ecclesiastico munere decoreque abhorreret, delirum simulabat, ut sic personatus, istud munus evitaretur. Represso haeresium furore, in montium secessum se recepit, corpus castigavit et exercuit piisque cogitationibus contemplationibusque totam reliquam vitam consumpsit et post mortem Basilii placide vita excessit[27]).

26) ܒܢ̈ܬ ܩܝܡܐ virgines foederis i. e. quae virginitatem Deo voverant. vid. A. Hahnii libellum de Bardesane Gnostico etc. p. 33. not. 12.

27) Basilius obiit a. 378 aut init. a. 379, imperator Valens autem init. a. 378, cui Ephraemum superstitem fuisse liquidum fit ex encomio in Basilium in Opp. gr. II. 393 et 395. A. quo tanta est Ephraemi de Valente loquendi libertas, ut eum huic superfuisse imperatori merito existimetur. cf. Garnier ad Opp. Basilii III. Praef. cp. 13. IV. Videtur, Ephraemum extremo anno 378 (quocum Hieronymus script. eccl. c. 115 convenit) aut medio a. 379 obiisse, quum veri simillimum sit, Basilium, cuius superstes fuit, aut extremo anno 378. aut initio a. 379. esse mortuum.

LIBER PRIMUS

QUI EST

DE CRITICA RATIONE

TEXTUS BIBLICI
IN EPHRAEMI COMMENTARIIS OBVII.

CAP. I.

De Versione ab Ephraemo tractata.

1. Si quis rationem textus biblici Ephraemiani attigerit, miretur profecto, quae sint tanta huius disputationis impedimenta, quae tantae ad rem persequendam pervestigandamque difficultates. Hic enim simul audierit, Ephraemum modo cum Versione simplice contra Alexandrinos, aut cum his contra illam facere, modo Hebraeum aut Chaldaeum sequi, persaepe etiam aliam ipsi peculiarem scripturam quae pretio suo diligenter sit ponderanda, inveniri; quae omnia, primo quidem obtutu pugnantia inter se invicemque discrepantia, tamen bene posse conciliari; immo Ephraemum unam eandemque Versionem esse sequutum: is forte nos iusto plura contendere putabit. Profecto quidem, ut hic locus plurimas habet cautiones maximasque suas difficultates, ita paucissimus eorum est numerus, qui suam de re sententiam palam professi sint. Primo loco hic est nominandus vir de Ephraemo meritissimus SPOHNIUS[28]),

28) G. L. SPOHN. de ratione textus biblici in Ephraemi Syri Commentariis obvii eiusque usu critico. Lips. 1786. 4. *Eiusd.* Collatio versionis syriacae quam Peschito vocant cum Fragmentis in Commentariis Ephraemi Syri obviis instituta. Spec. I. Lips. 1785. 4. priora XXII capita Iesaiae et Spec. II. 1794. 4. reliqua continens. — G. WAHL. in *Magazin für alte besonders morgenländische Litteratur.* Fasc. II. Cassel 1787. p. 78—99. Fasc. III. p. 1—7. GEORG. KIRSCH. in Praefatione et Appendice editionis Pentateuchi syr. Hofae. 1787. 4. C. A. CREDNER. de Prophetarum minorum versionis syriacae — — indole. Gottingae. 1827. 8. LUDOVICVS HIRZEL. de Pentateuchi versionis syriacae — — indole. Lipsiae. 1825. 8. IOH. GODOFREDUS EICHHORN. in *Einleit. in das A. T.* §. 273. Tom. II. p. 223. ed. IV.

cui primae deferuntur, deinde WAHLIUS, KIRSCHIUS, CREDNERUS, et honoris caussa HIRZELIUS TURICENSIS, qui, quam rem traditam ab aliis acceperat, via ac ratione ulterius prosequutus est; denique vero EICHHORNIUS, qui tamen SPOHNIUM auctorem accepit. Sed ne cui vestrum mirum videatur, me quaestionem, qua tot tantique viri versati sunt, denuo nunc occipere: quaeso a vobis, ne iudicium ante feratis, quam meam sententiam vobis explicavero utque de singulis locis paullo uberius et copiosius quam antea factum, vobis me respondere patiamini. Nam bene considerandum est, totam disputationem iam eo esse progressam, ut profligata iamiam res penitus conficiatur, necesse sit. Quodsi mihi indulgeatis, efficere studebo, ut rationem huius rei, etiamnum minus explicatae, me assequutum videar.

2. Qua re mihi quidem videtur hic introitus disputationis meo instituto maxime convenire, ut ad ea quae dubitabundi olim plurimi protulerunt, facta fuerit, nec ne, e simplice Versione illa translatio, qua utebatur Ephraemus, primum respondeam. Quid enim? *textum Ephraemianum e graeca Versione esse aptum?* Immo vero. In gravissimis quidem locis plane a Graeco discrepat ac propius potius ad Hebraeum accedit. Undenam ea verba sumis quae in textu Ephraemi ex Hebraeo retenta persaepe occurrunt, quae casu quodam hic irrepsisse haud cogitari possunt? Cur quater quinquiesque istum graecum interpretem idque in locis ubi nulla auctoritate opus fuit, nomine produxit, alias de eo siluit omnino? Undenam ille consensus re vera esse effici potest, qualem multi eum nobis comprobare student? Quonam tandem modo id nobis praestas, Versionem graeco-syriacam iam Ephraemi aetate exstitisse, quod omnino valde ambigitur?[29]) Enimvero hoc certum est atque exploratum, Ephraemum neque Versionem e Graeco aptam neque ipsam graecam sibi accommodasse.

Alii dixerint, textum Ephraemianum e scriptoribus ecclesiasticis iisque graecis depromptum esse, atque ego idem quin iis respondeam, non recuso. Illud enim putare, si quis ratum existimaret, hoc faceret minus inepte, si graecae linguae scientiam penes Ephraemum fuisse constaret; sin istud, quidni ad ipsum fontem, Alexandrinorum quidem Versionem, statim est aggressus? Quid igitur? A syriacis ecclesiae scriptoribus Ephraemum sibi textum mutuatum fuisse? At vero omnium, quicunque in Syria interpretationes scripserunt, exstitit princeps Ephraemus. Aliud certe nusquam exstat.

Quod si tota argumentatio de graeca aliqua Versione statim concidit, nihil aliud nobis est relictum, nisi, ut statuamus, generatim Versionem simplicem in Ephraemi Com-

29) De aetate Versionis figuratae sic dictae vide EICHHORN. *Einleit. in das A. T.* l. l. p. 179. conf. SPOHN. de ratione etc. p. 45.

mentariis exstare, — generatim diximus quidem, ne futuram nostram disputationem praecepisse videremur. Nam duas tantum Versiones ex Hebraeo aptas Ephraemi aetate exstitisse constat, nempe unam graecam, alteram syriacam, adeoque corruere illa opinio non potest ut haec non una certa sit, cuius scientissimi etiam exstiterunt defensores[30]). Huc etiam illud *Tecriti Arabis*[31]) referendum est, quum dicat: *antiquis temporibus veteris Testamenti libri legebantur hebraica lingua, donec id S. Ephraemus prohiberet.* Longius esset, si, quae in eam sententiam, quam hodie omnes viri docti, in hac re audiendi, sunt amplexi[32]), dici possunt, expromere conarer, nec iam unum alterumve exemplum, ex ipsa Versionis simplicis cum textu Ephraemiano comparatione observatum, afferre opus erit, quum abunde praesto sint. Praeter ceteros autem eos locos spectamus, in quibus nos Graecum abhorrentem a Versione simplice, facientem cum Hebraeo videmus, contra Ephraemum ita accurate Versionis simplicis vestigia prementem deprehendimus, ut idem ad interpretationem ineptam se abripi passus sit. Iam vero reputet atque revolvat aliquis velim ipsam Ephraemi confessionem, quam infra accommodaturus sum (§. 10. a. ad locum Ios. 15, 28.). Verum tamen vobis videndum

---

30) Nihil tamen SPOHNII argumentum efficit, quod explicatum invenies in libro *de ratione* etc. p. 37. Videlicet in Catenis ad Genesin (Opp. I. p. 116.), inquit, ab auctore observatum legi, in Versione syriaca vocabulum hebraicum את ab interprete syro per particulam ܝܬ fuisse expressum, quam observationem grammaticam addere non potuisset Ephraemus, nisi usus fuisset ipsa Versione Peschito, quum illud ܝܬ Versionis Peschito propria esset lectio. At vero Iacobo Edesseno, non Ephraemo istud scholion esse adscribendum, liquet. Cf. KIRSCH. in Appendice ad Pentateuch. syr. ad Genes. 1, 2. et Praef. pag. XXIV. PETRUM BENEDICTUM in Ephr. Opp. I. ad Lectorem pag. 3.

31) Apud POCOCKIUM, in Praefat. ad Ioel. p. 4.

32) PETRUS BENEDICTUS Opp. Ephr., ad Lect. p. 5. SPOHN. l. l. p. 37. WAHL. l. l. Fasc. II. p. 80. EICHHORN. l. l. p. 130. 137. IOANNES IAHN. *Einleit.* p. 201. Tom. I. Ed. II. Atque idem valet de interpretationibus quas in N. T. conscripsit Ephraemus. Namque et Versionem syriacam quam hodie versamus eandem esse atque Ephraemus olim commentatus est, ANDREAM MULLERUM in rarissimo libro *de versionibus syriacis sacrorum librorum* (cf. Fabric. Bibl. Gr. ed. Harles Tom. VIII.) ratione evincit ASSEMANUS in B. O. III. p. 61. — Idem docet de evangeliis certe Dionysius Bar-Salibi (ap. ASSEM. I. p. 57), quum affirmet, in illis illustrandis ordinem Evangelii s. Diatessaron Tatiani ab Ephraemo esse servatum. Quam memoriam repetitam invenies ap. ASSEM. II. 159. 160. Ceterum quod Barhebraeus (ASSEM. I. p. 57. 58) in libro quem inscripsit *Horreum mysteriorum*, Matthaeum quidem praefatus, perhibet, Ammonii potius Evangelium s. Diatessaron sequutum esse Ephraemum, id ex communi Syrorum errore repetendum est, qui Tatianum cum Ammonio saepe confundunt et ex duobus unum hominem efficiunt, quem in errorem etiam incidit Ebediesu Sobensis, ap. ASSEM. III. p. 12, quum dicat: ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܣܡܗ ܓܒܪܐ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܡܘܢܝܘܣ ܗܘ ܕܐܦ ܛܛܝܢܘܣ ܘܩܪܝܗܝ ܕܝܐܛܣܪܘܢ *Evangelium quod composuit vir Alexandrinus Ammonius qui et Tatianus illudque Diatessaron appellavit.* Haec, reor, rei explicatio est convenientior ea, quam proposuit LEONARDUS HUGIUS in: *Einleit. in die Schriften des N. T.* p. 47. Tom. I. Edit. III. Iam vero quod idem Barhebraeus (ap. ASSEM. II. p. 282.) argumentum pro graecae Versionis praestantia e testimonio Ephraemi repetiit, qui locum Ies. 26, 26. secundum LXX. sic laudaverat: *Tollatur impius et non videat gloriam domini*, quorum verborum mentio in Versione simplice nulla fit, illud nihil probare recte observat ASSEM. III. 61. Neque enim Barhebraeus aliud sibi assumere voluit, nisi, Ephraemum hic illicve Versionem graecam adhibuisse.

erit, ne forte existimetis, Ephraemum Versione simplice eaque graecis coloribus varie fucata usum fuisse, huius enim Versionis id temporis pervulgatae memoria nusquam exstat.

3. Quodsi igitur Versionem quam apud Ephraemum tenemus eandem esse atque illam simplicem satis mihi aperuisse visus sum, multa tamen nobis sunt relicta, quae suspicionem moveant virosque doctos ita cruciarunt, ut similitudinem quandam inter utramque quidem agnoscerent iidemque tamen statuerent, Ephraemum ex graeca et chaldaea quin ex vulgata Versione mire esse interpolatum. Sed hoc odiosum erat, quod viri illi rem nimium quantum urgebant, nec paucis corruptionis indiciis contenti, Versioni Ephraemianae, modo graeca origine abdicata, iam aliam quandam neque minus ei alienam et variam naturam informabant. Quid, quod Spohnius (*de ratione* etc. p. 21.), ut interpres noster tamquam alter Hieronymus fingeretur, haud aegre tulit adeoque speciem eius iamiam inchoavit, quum diceret, Ephraemum fortasse egisse ut de Hieronymo accepimus, qui ipse sibi textum conflasset, fontem scilicet hebraeum, Alexandrinos ceterorumque Graecorum Versiones et latinam veterem sequutus? quam tamen suam opinionem, ex parte quidem, statim reiecit.

Sed quoniam coepi iam cumulatius meum munus augere, primo loco de consensu Alexandrinorum, deinde de Versionis chaldaeae et vulgatae, tum de Codicis hebraei cum Ephraemo discrepantia, porro de interpolationibus ex ipsa Versione simplice, denique de hebraeo et graeco interprete, qui passim nomine excitantur, disputationem iam aperiam.

4. Referamus nos igitur ad *primam quaestionem* explicandam, quae agit de Versionis LXX consensu. In quinque autem partes erit dividenda.

a) *Fortasse enim Versionis syriacae auctor Alexandrinos sponte iam adhibuit cumque Hebraeo contulit, ex iis tamen lectionibus graecis, quas asservavit Ephraemus, multae perierunt.* At vides, ne ad aliam a nostro instituto prorsus alienam disputationem quam de Versione simplice eiusque auctore agere oporteat, animum revoces absque eo quod quaerimus avertas. Illud tamen te esse admonitum volo, mihi unamquamque sententiam, quae Versionis simplicis interpretem aliam quandam, quaecunque sit, Versionem ad manum habuisse fingit, quantum maxime displicere.

b) Alia quaestio, primae affinis, at ferenda tamen, est: *Potuitne ille codex Versionis simplicis quem ad manus habuit Ephraemus, ita esse comparatus, ut sponte illud mutationum genus Ephraemo se offerret nec ipsum graecum inspicere opus*

esset, quippe quod Versionis auctor propter suam Versionis graecae consuetudinem multas etiam lectiones graecas, iam Versioni simplici perditas, admiscuit? — Sic arbitratus est WAHLIUS (p. 83.) nec non STORRIUS[33]), quippe qui Ephraemum cum textu Versionis LXX recepto facere censuit neque aliter MICHAELIS[34]), qui tamen consensum illum ad unum e codicibus graecis, quos inter et Versionem syriacam magna affinitas iam diu esset percepta, retulit.

c) *Aut Versio syriaca iam ante Ephraemi aetatem ex Alexandrina erat corrupta*[35]). Me ne illud credam, modo illa Syrorum reverentia et quasi verecundia erga suam tum primum ecclesiastica auctoritate condecoratam Versionem; modo ipsa Versionis aetas, Ephraemi tempore recentissima et quasi incunabulis involuta, prohibent; nunquam enim, ut HIRZELIUM (p. 120.) de hac ipsa re disserentem, verissime dicere memini, qua aetate prodirent, libri corrupti etiam fuere, sed omne interpolationum genus succedente demum tempore exortum. Contra asserunt SPOHNIUS (p. 7. 43.) et WAHLIUS (p. 81. 82.) ex codice quodam Versionis graecae nostris omnibus multo puriore Ephraemum esse corruptum; haud raro videlicet lectione graeca aliqua in Ephraemi Commentariis occurrente, alteram quandam apud Arabem in Polyglottis exstantem, qui illam in suo Alexandrinorum codice invenisset, probari, id plane nihil valet, nam uti exempla sint comparata vide sis apud SPOHNIUM (p. 8. et 9.). Attamen, quum SPOHNIUS ista exempla et illum locum quem invenies 2 Sam. 23, 4. adhibuit, idem in eum errorem est delapsus, quem paene omnes viri docti usque eo sunt amplexi, donec AEMILIUS ROEDIGER[36]) aliam viam est ingressus et libros Samuelis arabicos in Polyglottis reservatos e Syro potius esse factos, ita exposuit, ut nihil sit evidentius. Atqui vero, quum isto exemplo sententiam probare studuerit SPOHNIUS, quî reliqua sint iudicanda, facile est intelligere.

d) *Ipse Ephraemus lectiones variantes graecas passim occurrentes Versioni simplici admiscuisse videri possit*[37]). At, obsecro, qui cogitari potest, suum adiutorem,

---

33) GOTTLOB. CHRIST. STORRII observationes super N. T. Vss. syr. 1772. Hac ipsa disputatione uti mihi non licuisse, acerbe doleo. De iis tamen quae in ea tractantur consului IOAN. DAV. MICHAELEM in Bibl. Or. P. IV. p. 194. 3.

34) Io. DAV. MICHAELIS l. l. p. 195.

35) Prope abest, ut a se ipso dissideat CREDNERUS, quum dicat p. 51: *Versionem Peschito Ephraemi tempore ex graeca Alexandrinorum fuisse interpolatam*, at contra p. 109: *vix ac ne vix quidem Versio Peschito ante Ephraemi aetatem ex ipsa Versione Alexandrina consulto mutata est.*

36) AEMILIUS ROEDIGER de fonte et indole interpretationis libb. Iudd. Ruth. Sam. Regg. et Nehem. arabicae libri duo. Halae 1828. 4.

37) Sic iudicarunt Barhebraeus cf. not. 32. — ASSEMANUS in B. O. I. p. 71. qui Ephraemum saltem Versione graeca syriace versa usum fuisse putavit.

quem omnibus aliis in locis, multae nimirum opis indigentibus, tacuerat omnino, illic subito ubi nulla mentione opus fuit, idque quater quinquiesque ab eo esse evocatum; e contrario autem illic esse neglectum, ubi lectionem longe praestantissimam praeberet? Quo accedit, ut iam supra disputata hic recolamus, quod graecae linguae cognitio, quae ad Alexandrinorum fontem graecum ei aditum aperire poterat, vehementer est addubitata neque magis probari potest, Ephraemi aetate iam Versionem graeco-syriacam aut Versionem syriacam e graeca interpolatam exstitisse, qua utendi facultas ei data esset. At fortasse, inquies, locum habes, quo ad Graeci similitudinem suam interpretationem dirigat Ephraemus, ex quo omnes lites adhuc agitatae statim dirimantur? Immo vero, nullum invenies quo hoc accidat. Tam longissime potius a Graeco abhorret, ut non modo hic illicve, sed ne uno quidem loco qui habeat momenti aliquid, affinitas quaedam percipi possit, etiamsi Ephraemus hoc ipso in loco Versionem simplicem plane recusaverit.

e) *Aut post Ephraemi aetatem haec interpolatio demum est commissa* [38]). — Huic sententiae nos etiam adstipulamur. Tantum autem abest, ut eam omnino sequamur, ut eam arctius contrahamus. Illud enim, textum videlicet Ephraemianum esse interpolatum, eo probari inquiunt, quod veteres Syri studio quodam gloriam Versionis graecae, suggerente spiritu divino, ut credebatur, concessae, usque augere et amplificare eiusque praestantiam praedicare soliti sint atque adeo Iacobus Edessenus, Barhebraeus, Barsalibeus e multis aliis, Commentarios ad eam accommodaverint; ex quibus omnibus id dumtaxat efficitur, istud fieri potuisse, nequaquam re vera factum esse. Multos tamen accepi, qui, sive Ephraemus verborum positionem, finitionem, constructionem personarumque permutationem confuderat, sive demptis coniunctionibus dissolute plura dixerat, sive verbum aliquantulum cum Graeco discrepans subiecerat, sive aliter quomodocunque egerat et breviter commutata posuerat, verborum aucupium faciundo, statim Graecum hic operatum existimarent. Quam in sententiam discedit Spohnius, qui exemplorum acervatim multa frequentavit, quorum, meo quidem iudicio, maximus est delectus adhibendus. Maximam enim partem ipsa textum excitandi Ephraemi ratione, de verbis quidem minus curiosa, explicantur. Neque vero, quoad longissime potest mens mea respicere spatium in Ephraemi scriptis percursum, talis quaedam lectio ulla mihi occurrit, cui certa studio quodam arbitrarioque ex Versionibus factae interpolationis nota sit inusta. Quid multa? Memineris etiam, Ephraemum prope divino honore apud suos fuisse habitum et ecclesiastica auctoritate affectum, adeoque vix credibile, scripta eius integra in-

38) Wahl. p. 82. 84. Eichhorn. p. 137. Spohn. p. 38. 43.

nataque conditione minus esse conservata. Nimirum adest vir summa auctoritate Hieronymus [39]), qui de ista sua aetate Ephraemi scripta ad tantam claritudinem venisse dicit, ut post scripturarum sacrarum lectionem publice in nonnullis ecclesiis recitarentur. Atqui vero Fragmentorum cuiusdam Versionis ratio plane est alia quam integrae Versionis, nec existimari potest, fragmenta illa aeque facile esse interpolata, atque de Versionibus integris accepimus ac cognovimus. Ceterum quidem interpolationes, at casu omnibusque invitis ortas easque numero paucissimas, non prorsus posse abnegari, haud infitias eo, quas ita describimus, ut eas a scribis derivandas existimemus, qui quorundam verborum ab Alexandrinorum lectione, at Figuratae potius aliusve Versionis graeco-syriacae quam ipsius graecae recordati, ea inscii textui insererent. Commode igitur exempla aliquot eaque graviora percensebimus: 1 Sam. 19, 22. Syrus interpres: ܘܐܙܠ ܐܦ ܗܘ *et abiit ipse quoque,* contra Ephr. I. 373. qui verba aliquot superadducit: ܘܐܬܚܡܬ ܫܐܘܠ ܒܚܡܬܐ ܒܪܘܓܙܐ ܘܐܙܠ ܐܦ ܗܘ *et Saulus iratus iracundia abiit ipse quoque.* LXX. καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Σαοὺλ καὶ ἐπορεύθη καὶ αὐτός. In Scholio tamen incrementum illud non respexit. — Genes. 6, 3. vertit Syrus, Hebraeum presse sequutus: ܘܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܐ ܬܥܡܪ ܪܘܚܝ ܒܒܪܢܫܐ ܠܥܠܡ ܡܛܠ ܕܒܣܪܐ ܗܘ *et dixit deus: non habitabit spiritus meus in homine in aeternum quia caro est.* Contra Ephr. I. 146. E: ܠܐ ܬܥܡܪ ܪܘܚܝ ܒܒܢܝܢܫܐ ܗܠܝܢ ܠܥܠܡ ܡܛܠ ܕܒܣܪܐ ܐܢܘܢ *non habitabit spiritus meus in hominibus istis in aeternum quia caro sunt;* haec verba repetit p. 147. B. 150. A. nec secus Versio Alex.: οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Alio tamen in loco (p. 49. B.) Versionis simplicis vestigia accurate legit. — Exod. 21, 23. Syr. ܘܐܢ ܚܒܠܬܐ ܗܘܐ *si violatio fuerit,* ut Hebr. וְאִם אָסוֹן יִהְיֶה; contra Ephr. ܘܐܢ ܕܝܢ ܡܫܡܠܝܐ ܗܘܐ *sin* (foetus) *perfectus fuerit* et LXX: ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ. — Ies. 1, 9. ܫܪܟܐ ܗܢܐ *superstites istos,* at vero Ephr. ܙܪܥܐ ܫܪܟܐ *semen superstes.* LXX σπέρμα. Vulg. *semen.* Tom. III. p. 217. B.: ܫܪܟܐ ܡܠܘܬܢ. — Ezech. 3, 22: אֲדַבֵּר אוֹתָךְ. Syr. ܐܡܠܠ ܥܡܟ, e contrario Ephr. ܢܬܡܠܠ ܥܡܟ LXX λαληθήσεται πρός σε. Cod. Hex. Norberg. ܢܬܡܠܠ ܠܘܬܟ. — Ierem. 18, 2: Syr. ܐܫܡܥܟ *declarabo tibi,* sic Hebr. Ephr.: ܬܫܡܥ, LXX ἀκούσῃ, ut Cod. Hex. Norberg. — Ies. 11, 9. Syr. ܡܝܐ. Ephr. ܡܝܐ ܣܓܝܐܐ, ut LXX ὕδωρ πολύ. at Tom. I. 467. E. ܣܓܝܐܐ omittit.

Haud tamen nostram sententiam, nunquam videlicet lectionis graecae in Scholiis rationem ita esse habitam, ut eo efficeretur, interpretem in suo codice eam legisse, iis scholiis irritam fieri putabis in quibus lectionis graecae verbum de verbo elatae etiam interpretatione rationem habuisse videri possit Ephraemus. Omnia enim aliter explicentur licet. Alia exempla hic iam memorasse iuvabit, partem vero infra demum

39) In Catalogo Script. eccl. cap. 115.

(§. 10. b.) illustrabimus. Genes. 10, 4: דֹּדָנִים. Syr. ܕܘܕܢܝܡ. Contra Ephr. I. 153. E. ܪܘܕܢܝܡ quod vere ita legisse eum ex Scholio apparet: ܪܘܕܢܝܡ ܗܘܝܘ ܐܒܐ ܕܪܘܕܝܐ ܗܢܘܢ ܕܒܪܘܕܘܣ ܓܙܪܬܐ *Rhodanim est pater Rhodiorum qui Rhodum insulam incolunt;* quicum Vers. Alex. (Ῥόδιοι) et Samarit. conveniunt. At veri simillimum est, ex loco parall. 1 Chron. 1, 7. ubi legitur רֹדָנִים profectam, legisse hanc lectionem Ephraemum. — Genes. 10, 22. Syr. ܐܪܘܡ, Hebraeo auctore, male Ephr. in Catena ad l. l., si Ephraemi est omnino, I. 153. E: ܐܪܘܡ ܘܩܝܢܢ secundum Versionem Alex. καὶ Ἀρὰμ καὶ Καϊνᾶν, quae accessio apud LXX ex vers. 24. eorundem fluxit, qui Καϊνᾶν filium Arphachschadi patrem vero Schelae faciunt. Ephraemus tamen alio in loco (p. 59. D.) et in Commentariis quidem, qui Ephraemum certo habent auctorem, nihil addit. Atqui vero in Catena ad Genes. 11, 29. I. 156. D. perhibetur, eo tempore, quo Tharach, pater Abrahami, in Chaldaea viveret, illustre et amplum ibidem fuisse templum simulacri dei ficti *Cainan* (ܩܝܢܢ ܐܠܗܐ ܕܟܠܕܝܐ ibid. F.: ܩܝܢܢ ܐܠܗܐ ܕܦܬܟܪܢܘܬܐ ܗܘ ܕܟܠܕܝܐ. Consule Gesenium ad Ies. Tom. II. p. 343). Putaris igitur, scholii auctorem in nomen ܩܝܢܢ incidisse quod incrementum illud in mente habuerit; at apud Alexandrinos nomen est gentile neque aliter a nostro interprete esset explicatum. Iam vero totus iste locus narrationum de Abrahamo iuvene ore propagatarum omnino est refertus, adeoque evenit, ut etiam deorum commenticiorum atque inter eos Kewani, unius videlicet ex primoribus Chaldaeorum diis, mentio fieret. — Alius locus est Hos. 6, 6. ubi Syrus exhibet: ܡܛܠ ܕܒܛܝܒܘܬܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܒܕܒܚܬܐ *propterea quod pietate delector nec sacrificio;* paullo aliter LXX: διότι ἔλεος θέλω ἢ θυσίαν, ac simili ratione Ephr. II. 241. A.: ܡܛܠ ܕܒܛܝܒܘܬܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܒܚܬܐ *propterea quod pietate magis delector quam sacrificio,* et in Scholio: ܗܝ ܕܒܕܒܚܬܐ ܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܡܣܬܟܠܢ ܕܝܢ ܒܛܝܒܘܬܐ ܝܬܝܪ i. e. *sacrificio quidem delector, sed magis pietate etc.* Nescio an Ephraemus istam formulam sua sponte ratione sibi solverit, an vero in scholio tantum hanc explicationem sibi excogitaverit, contra tamen verba quae sunt in contextis seriore tempore sint mutata.

Si forte Versionem syriacam simul cum Ephraemo interpolatam esse cognoveris, illud seriore demum tempore a nescio quo esse commissum, recte inde collegeris. Ierem. 22, 30. invenies עֲרִירִי *liberis carens* in Versione syr. et apud Ephr. duplice hac ratione expressum: ܡܟܪܙܐ ܕܠܐ ܒܢܝܐ *proclamatum, sine liberis;* nimirum Alexandrini quod exhibent: ἐκκήρυκτον, per ܡܟܪܙܐ redditum, a manu male sedula margini erat appictum atque tempore in textum fluxit. In Cod. Hex. Norberg. spurium illud verbum in ipso textu invenitur, verba tamen ܕܠܐ ܝܠܕܐ margini adscripta et Asterisco quidem approbata leguntur.

5. Iam vero *alteram quaestionem de interpolationibus ex Paraphraste chaldaeo et Versione vulgata* percurramus, huiusmodi enim est, quae paucis conficiatur. Hanc

tamen corruptionem negaverim omnino, quoniam profecto in omnibus pro re advectis exemplis (a SPOHNIO p. 47. 48), *nisi forte a paucis exemplis discedamus,* nihil praeter solemnem illam atque usitatam textum excitandi rationem, nihil praeter lectiones nonnullas Chaldaeo casu congruas, mihi videre videor; nec istam nugatorium ineptorum hominum mentem assequor, qui eiusmodi corruptionem in minutis tantum rebus obviam, finem sibi proponerent. Atque adeo illud, quod EVODIO ASSEMANO (in Praef. ad Opp. Ephr. I. p. 5. II. p. 21.) aliisque egregie placuit, videlicet Ephraemo linguae chaldaeae scientiam fuisse, refellendum puto. Omnes autem fere loci, in quibus similitudo quaedam intercedere videtur, aliam explicationem admittunt. Levit. 14, 50. עַל מַיִם חַיִּים, Syr. ܒܡ̈ܝܐ ܚ̈ܝܐ *in aquis vivis,* sic LXX. Vulg. Contra Ephr. ܥܠ ܡ̈ܝܐ ܕܡܒܘܥܐ i. e. *super aquas scaturiginis,* sic Chald. בְּמֵי מַבּוּעַ. At enim Ephraemus nihil aliud quam verbum difficilius interpretatus, aquas vivas mutavit cum aquis scaturiginis s. fontis adeoque verbum usurpavit, cuius notatio magnum ei attulit adiumentum. — Ierem. 6, 7. Syr. ܟܢܫܬ ܒܝܫܬܐ *congessit malitiam.* Ephr. II. p. 111. incrementum arcessit sic: ܟܢܫܬ ܢܟܠ̈ܝܗ ܒܓܘܗ *congessit fraudes suas in medio suo.* Item Paraphrastes apposuit: בְּגַוָּהּ, atqui vero omnia reliqua apud eundem ab Hebraeo et omnibus Vss. longissime recedunt. Accedit etiam illud, quod illius verbi in Scholio rationem habet, unde ex arbitrio adscitum esse patet, neque enim credibile est, illud in codice Versionis simplicis ab Ephraemo lectum fuisse. — Ierem. 5, 6. יְשָׁדְדֵם Syr. ܢܩܛܠܘܢܘܢ *trucidabunt eos.* Chald. יְבַזּוּזִנּוּן ut Ephr. ܢܒܙܘܢܘܢ *spoliabunt eos.* — Ies. 29, 10. ܪܘܚܐ ܕܛܒܥܬܐ *spiritum immersum.* Ephr. ܪܘܚܐ ܕܛܥܝܬܐ *spiritum errantem* sic Chald. רוּחַ דְּטָעוּ. Haud sane sciam, an utrumque posteriorem locum librario debeas.

6. Porro crimine arcessere nobis est praescriptum eos, *qui textum Ephraemianum ex ipso fonte hebraeo immutatum opinati,* alii emendatoris partes ipsi Ephraemo tribuerunt, alii eas librariis imposuerunt (WAHL. p. 80). At signis omni luce clarioribus crimina refellemus. Etsi enim unicuique perfacile est isti loco respondere, mihi praesertim tamen, quem Ephraemo nullam hebraicae linguae scientiam fuisse, argumentis probaturum cognoscetis. Ac facile intelligitur, qui istud falso sibi praesumpsisset, videlicet Ephraemum optime hebraice scivisse, eum ad hanc alteram nec minus falsam opinionem, Ephraemum scilicet Versionem ex Hebraeo interpolasse, facile abripi potuisse. Verum si quis est, qui librarios istud munus sustinuisse putet, eum admonitum volo, fore, ut quicunque diligenter attenderit, is illic ubi nostri Versionis simplicis libri male haerent, alios tamen Codices a THORNDICIO et LEEO collatos plus centies cum Ephraemo ad verbum convenire intelligat, plus centies etiam Ephraemi explanationem tam arcte cum

textu coniunctam et quasi coalitam inveniat, ut ei ingenue sit confitendum, neque ullum Codicem hebraicum a librariis esse attrectatum neque memoriter quidquam, quod hebraeis convenientius esset, a librariis, plerumque indoctis, esse adiectum.

7. Aliis in locis *interpolatio quaedam ex ipsa Versione simplice,* quemadmodum quidem ea seriore tempore exstabat, nobis occurrit, etsi alio in loco quo sententiae tota comprehensio repetitur, lectio integra et genuina est asservata. Certissima exempla habeas haec: 1 Reg. 5, 18. הַגִּבְלִים *Gebalitae.* LXX. Βιβλιοι; secus syrus interpres, nempe: ܐܪ̈ܙܘܦܠܐ *lapicidae,* quicum male convenit textus Ephr. I. 456. D. in Scholio ad vs. 15. contra alia in cera, p. 457. F., recte pro verbo hebr. reddit: ܓܒ̈ܠܝ ܥܡܛܠܐ. cf. Aemilius Roediger l. c. p. 24. 2 Sam. 6, 21. מִיכַל, quod in Versione syr. hodie male expressum legitur: ܡܠܟܘܠ, ut LXX. Μελχόλ, nec secus Ephr. I. p. 403. D. At vero 1 Sam. 18, 20, ubi Syrus interpres ܡܠܟ̈ܘܠ, recte Ephr. I. 372. E. F. 373. A. C: ܡܝܟܠ. — 2 Regg. 15, 1. עֲזַרְיָה. Syr. ܥܘܙܝܐ, videlicet idem sic appellatur 2 Chron. 26, 6. — Ephr. I. 552. A: ܥܙܪܝܐ, nihilo tamen minus in Scholio p. 552. D. iterumque ad vs. 8. spuriam istam lectionem est sequutus. Vide tamen primum Scholii. Sic ad Ies. 6, 1. eadem inter utrumque intercedit ratio. Difficillimus locus est Zach. 11, 4.7. ubi utroque in versu Hebr. אֶת־צֹאן הַהֲרֵגָה, Syr. in Plur. ܥܢ̈ܐ ܡܚܝ̈ܠܬܐ *oves tenues,* neque secus Ephr. II. 301. F. ad vs. 4. nisi quod numerum singularem servat. In Scholio tamen genuinam lectionem ita innuit, ut facile inde colligi possit, eum versu quidem septimo certo lectionem Hebraeo consonam allaturum esse; etenim ad vers. 4. (p. 302. A.) observavit haec: ܥܢ̈ܐ ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܩܪܐ ܠܗܘܢ ܡܛܠ ܒܨܝܪܘܬܗܘܢ ܕܥܡܘܪ̈ܝܗܘܢ ܘܣܘܓܐܐ ܕܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܡܛܠ ܗܢܐ ܥܢܐ ܕܩܛܠܐ ܩܪܐ ܐܢܘܢ. ܗܘ ܕܠܩܛܠܐ ܐܫܬܠܡ *gregem tenuem appellat (populum) propter incolarum paucitatem scelerumque frequentiam, quapropter gregem mortuum eos (infra) usurpat, nimirum qui morti tradetur.* Quisque autem simul ista legerit, exspectabit, fore, ut apud Ephraemum ad vers. 7. genuinum illud ܥܢܐ ܡܚܝܠܬܐ vel quidem pluraliter certe, (littera enim *Nun* cum *Lomad* facile a librariis mutatur, vid. Kirsch ad Chrest. syr. p. 2.) servatum reperiat; idque eo magis suo iure putabit, quod ad vs. 9. (p. 303. D.) quo in loco nostrum locum respicit, verba ex Epist. ad Rom. 8, 36 haec: ܥܢ̈ܐ ܕܢܟܣܬܐ accommodantur; nihilo tamen minus versui 7, falsa scilicet ista lectione ܥܢܐ ܡܚܝܠܬܐ in textu repetita, addit: *gregem tenuem perinde esse ac supra oves tenues:* ܥܢܐ ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܗܝ ܕܡܢ ܠܥܠ ܥܢ̈ܐ ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܗܘ. ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܩܕܡ, quae verba simul ostendunt, Ephraemum vs. 4. numerum pluralem legisse et ingenio mutasse. Sed manum de tabula.

8. Quem quoniam textum Ephraemianum hactenus expressimus, de *accommodatione* nunc, id enim erat quartum, *aut graeci* (ܝܘܢܝܐ) *aut hebraici* (ܥܒܪܝܐ) *interpretis*

qui passim nomine excitantur deliberaturi sumus. Quaeri enim potest, ut a) de *Graeco* oratio mea exordiatur, qui sit ille interpres et promptus ex quanam Versione? si plures, qui sint? Principio tamen, ut futurae nostrae disputationi lumen accedat, exemplo quodam de huius accommodationis ratione vos docere ratum est. Zach. 11, 5. ܪܥܝܐ ܣܟܠܐ; *pastor stolidus.* Ephraemus (II. 304. D.) adnotavit haec: ܝܘܢܝܐ ܕܝܢ ܪܥܝܐ ܕܠܐ ܡܗܝܪܘܬܐ ܐܡܪ; *Graecus autem pastorem imperitum dicit,* sic re vera LXX: ποιμένος ἀπείρου. Alia exempla sunt Amos 6, 1. cf. II. 263. 1 Regg. 14, 3. coll. I. 480. B. ubi lectionem graecam profert quae in Cod. Alex. tantum legitur; Ezech. 7, 17. coll. II. 172. ubi graecum interpretem errore usurpat qui est Hebraeus. Zach. 3, 9. 10. lectione Versionis LXX. utitur, sed quasi inscius fontis unde lectio fluxerit, dubie eam nomine *alius Versionis* (ܡܦܩܢܘܬܐ ܐܚܪܬܐ) producit. II. 287. C.[40]). Esse igitur in numero interpretum

---

40) Eadem facile via ac ratione a Iacobo Edesseno ad Gen. 1, 2. I. 116. F. quum graecam lectionem aliquam excitasset, observatum est, lectionem istam reperiri in alio Codice (ܒܨܚܚܐ ܐܚܪܢܐ), id quod alias (p. 148. C. ad Genes. 7.) repetiit. Tuo quodam iure existimaveris, non fieri posse, quin ea graeca Versio, figurata scilicet, quam, simplicem multifariam sequutus, ipse disponeret Iacobus (Eichhorn. l. l. p. 159.), in scholiis illis accommodata teneatur, nec, quantum ex paucissimis fragmentis, quae a Caietano Bugato (quo uti mihi non licuit) mutuatus est Eichhornius l. l. p. 165—176, colligi potest, ista tua sententia minimam prae se fert speciem veritatis. Nihilo minus tamen confirmaverim utramque ei in promptu fuisse Versionem, id quod, singula iam accuratius perquisituri, exemplis nobis erit probandum. a) *Eiusmodi enim locos invenies, in quibus Versio a Iacobo disposita integra sit servata.* Ies. 27, 1. I. 191. D. ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܢܝܬܐ ܐܠܗܐ ܣܝܦܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘ [Sic Vs. Peschito. graece esset ܚܘܝܐ] ܘܪܒܐ ܘܡܚܣܢܐ ܥܠ ܬܢܝܢܐ ܚܘܝܐ ܗܘ ܕܥܩܡ ܥܠ ܬܢܝܢܐ ܥܩܡܬܐ ܘܢܩܛܘܠ ܠܬܢܝܢܐ ܕܒܝܡܐ ܗܘ. vs. 1. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν, καὶ τὴν μεγάλην καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν σκολιὸν (καὶ. Al. Ald. Compl.) ἀνελεῖ (καὶ ἀποκτενεῖ. Aq. Sym. Theod.) τὸν δράκοντα. vs. 2. Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Reliquae Vss. omnes verba recte quidem elata: *et occidet draconem in mari*, cum Iacobo falso referunt ad vs. 1. — Zach. 3, 9. II. 287. ܟܐܦܐ ܗܝ ܕܝܗܒܬ ܩܕܡ ܐܦܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ὁ λίθος ὃν ἔδωκα πρὸ προσώπου τοῦ Ἰησοῦ. — Deut. 32, 9. I. 185. F. ܘܗܘܬ ܡܢܬܐ ܕܡܪܝܐ ܥܡܐ ܕܝܠܗ ܝܥܩܘܒ ܚܒܠܐ ܕܝܪܬܘܬܗ ܐܝܣܪܝܠ καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ. σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. — Genes. 49, 10. I. 189. E. ܠܐ ܢܥܒܪ ܫܠܝܛܐ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܘܡܦܩܕܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܪܓܠܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܗܘ [ܕܕܝܠܗ ܐܝܬܝܗ ܣܝܡܬܐ] ܘܗܘܝܘ ܣܘܟܝܐ ܕܥܡܡܐ, οὐκ ἐκλείψει ἄρχων [Aq. σκῆπτρον] ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν [Aq. ἀπὸ μεταξὺ] μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἐὰν ἔλθῃ [τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ Sym. ᾧ ἀπόκειται, quod expressit interpres apud Eichh.] καὶ αὐτὸς [ἔσται. Sym.] προσδοκία [τῶν. Sym.] ἐθνῶν. Fragm. apud Eichhorn. l. l. p. 166: ܠܐ ܢܥܒܪ ܪܫܐ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܘܡܦܩܕܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܥܛܡܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܗܘ ܕܣܝܡܐ ܠܗ ܘܗܘܝܘ ܣܘܟܝܐ ܕܥܡܡܐ. 49, 8 convenit Iacobus (I. p. 188. F.) cum Versione Peschito, quia in verbis ܥܠ ܒܪܟ cf. Eichhorn. p. 166. In primo versus 11. a Vs. Peschito vel a Fragm. apud Eichhorn. vel a Vs. LXX. recedit. Dan. 9, 26. II. 221. ܘܡܢ ܒܬܪ ܫܒܘܥܐ ܫܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܢܬܚܒܠ ܡܫܝܚܘܬܐ ܘܕܝܢܐ ܠܝܬ ܒܗ, καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Sic verbum de verbo, si ab ܐܠܗܘܗܝ discedis, locum extulit interpres apud Eichhorn. p. 175. — Ps. 12, 7. I. 190. ܡܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܡܠܐ ܕܟܝܬܐ ܟܣܦܐ ܨܪܝܦܐ ܒܚܝܪܐ ܕܒܚܝܪ ܒܐܪܥܐ, τὰ λόγια κυρίου λόγια ἁγνά, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ. Illud ܕܒܚܝܪ ex Vs. simplice huc irruisse videtur. — Genes. 32, 25.

constituendo, quoniam, sicuti omnes quidem at iniuria adhuc putarunt, nunc *Graecus quidam*, nunc *Versio quaedam alia* nunc *Graecus* simpliciter dubie usurpetur, magnam offensionem multis, experti sumus. Spohnium varia ista ratio minus offendit, qui omnium scilicet accommodationum fontem omnino Alexandrinos putaret (p. 10—14.). Wahlius (p. 87.) *Versionem* istam *aliam* pro aegyptiaca Versione, nimirum ex Alexandrina profecta, eo libentius habuit, quod Ephraemum optime aegyptiace scivisse e vita eius satis exploratum esset, quae scilicet persuasio de Ephraemi scientia, quo magis ea quae supra de aegyptiaco itinere admonui (Prooem. Not. 15.), sint approbata, hoc minus etiam vobis arridebit. At enim non video, cur illa *alius Versionis* accommodatio,

---

I. 183. B. ܘܩܪܒ [ܠܗ] ܒܦܬܝܗ ܕܥܛܡܗ ܘܫܚܠ ܦܬܝܗ ܕܥܛܡܗ ܕܝܥܩܘܒ ܟܕ ܐܬܟܬܫ ܥܡܗ καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. Mox vero (vs. 32.) ad Versionem simplicem se applicavit. — b) *Complures tamen loci ab interprete syro paullum sunt degenerati, quum in iis verba aliquot inveniantur, quae graecam prae se ferunt originem.* Genes. 32, 27. I. 183. E. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܝܥܩܘܒ ὁ δὲ εἶπεν, Ἰακώβ. — vs. 28. l. l. segm. F. et 184. A. ܐܠܐ ܐܝܣܪܐܝܠ ܡܢ ܗܫܐ ܢܗܘܐ ܫܡܟ ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου. — 14, 19. I. 159. B. 160. D. ܕܒܪܐ, ὃς ἔκτισε. — 3, 7. I. 139. E. ܘܝܕܥܘ ܕܥܪܛܠܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν. — ibid., ܦܪܝܙܘܡܛܐ περιζώματα. — v. 24. ܡܢ ܠܘܩܒܠ ἀπέναντι. Eccl. 7, 14. I. 515. ܚܙܝ ܒܥܒܕܘܗܝ ἴδε τὰ ποιήματα. cf. Ies. 11, 3. I. 190. D. c) *Iam cum Versione simplice a Graeco discrepat omnino, aut vero, etiamsi Graecus vel Syrus vel Hebraeus invicem consentiant, eam certe loquendi rationem dictionemve retinet qua versatus sit interpres syrus.* Exempla si cupias cognoscere, haec accipias: Genes. 15, 2. I. p. 161. D. 9, 13. p. 150. D. 16, 1. p. 165. B. 49, 8. p. 188. D. 26, 34. p. 175. A. Ps. 34, 7. p. 180. D. 32, 19. p. 185. C. Ies. 11, 1. II. 287. nec secus in reliquis locis, quotquot inveniuntur, omnibus. Neque minus illud, Versionem simplicem nimirum istis in locis vere sequutum esse Iacobum, eo certum fit, quod verba hebraea, ab interprete syro retenta, omni fide reddat. Genes. 32, 3. מַחֲנָיִם, Syr. ܡܫܪܝܬܐ sic Iacobus I. 180. B. contra LXX. Παρεμβολή. 26, 32. שִׁבְעָה Syr. ܣܒܥܐ. Iacobus I. 175. A. LXX: ὅρκος. 15, 7. ܐܘܪ ܕܟܠܕܝܐ Iac. I. 165. B. LXX. χώρα Χαλδαίων 27, 1. ܒܐܪ ܣܒܥ. cf. I. 174. B. LXX. φρέαρ ὅρκου. Sic tropos etiam, quos solvit Graecus, servat. Genes. 18, 5. cf. I, 166. C. ܣܥܘܕܘ ܠܒܟܘܢ LXX. φάγεσθε. 19, 21. p. 168. B. ܢܣܒܬ ܒܐܦܝܟ LXX. ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον. Pluribus etiam in locis propius atque Versio simplex et liber quidem a Graeco ad Hebraeum accedit. Genes. 18, 4. Syr. ܐܣܬܒܘܢ. Iacobus I. 166. B. ܣܒܘ, Hebr. יֻקַּח, LXX. ληφθήτω. Aliis in locis dubitari licet, an Iacobus suam veram lectionem ex codice hebraeo-syriaco melioris indolis an vero ex graeco hauserit. Genes. 1, 6. Syr. ܘܦܪܫܐ. At vero Iacobus I. 118. D. ܘܢܗܘܐ ܦܪܫ, Hebr. וִיהִי מַבְדִּיל LXX. καὶ ἔστω διαχωρίζον. Cod. Uss. Leeana ed. — 32, 2. ܘܐܦ ܡܫܪܝܬܐ Iacobus: ܘܡܫܪܝܬܐ quod affirmant Hebr. et LXX. — 2 Regg. 10, 16. ܒܛܢܢܝ. Iacobus II, 144. ܒܛܢܢ. Hebr. בְּקִנְאָתוֹ. LXX. ἐν τῷ ζηλῶσαι. — His igitur omnibus recognitis et collatis meo iure mihi assumpsisse videor, utramque Versionem ei praesto fuisse; neque amplius ambigetur, quid de *illo codice alio* (ܕܨܚܚܐ ܐܚܪܢܐ), a quo digressi sumus, nobis sit constituendum. Illud enim certum est atque exploratum, Iacobum sibi significare voluisse librum ms. graecum, nempe illam graecam a se ipso dispositam Versionem, aut figuratam illam. Loci autem qui hic aguntur sunt Gen. 1, 2. ܐܪܥܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܚܪܢܐ ܨܚܚܐ ܕܝܢ ܒܝܘܢܝܐ. ܘܫܘܚܠܦܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܗܢܘ ܗܘܬ ܕܒܪܬ ܗܘܬ ܐܝܠܝܢ ܐܪܥܐ ܐܝܠܝܢ ܗܘܬ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܝܬܐ ܘܠܐ ܡܬܛܝܒܢܝܬܐ iterum ad Genes. 7. p. 148. C. ܕܢܗܘܐ ܬܘܒ ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܝܠܗ ܕܐܪܥܐ ܐܝܠܝܢ ܗܘܬ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܝܬܐ ܘܠܐ ܡܬܛܝܒܢܝܬܐ (corr. ܡܬܛܝܒܬܐ) ܦܘܫܩܐ ܕܝܠܗ ܐܡܪ ܒܡܠܬܐ LXX. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος.

quae cum nostro peculiari graeco textu praeclare convenit adeoque etiam semel tantum occurrit, tam alte sit repetenda et quaevis alia via sit praeclusa, qua ad aliam sententiam rei magis convenientem, infra videlicet nobis aperiendam, deducamur? *Versionem* istam *aliam* pronuntiavit Crednerus (p. 51), esse Codicem Vers. simplicis e Graeco interpolatum. Atat quod *Graecus quidam* doctorum hominum opinione dubie adhibetur, Wahlius (p. 87) Versionem graecam sine auctoris nomine pervulgatam eo significari iudicavit eiusque advocatione aliam certe atque Alexandrinorum consultationem indicari perhibet Crednerus. Nec scirem profecto, cur Eichhornius (l. l. p. 223), Wahlius et Crednerus illud ܡܟܐ ܝܘܢܝܐ omnes in *Graecum quendam* vertendum putarent adeoque Ephraemum inscitiae arguerent, nisi in mentem mihi veniret, Spohnium (p. 12.) minus cogitate persectatos esse illiusque erroris memoriam male refricasse omnes. Verum enimvero apud Ephraemum nihil prorsus de Graeco quodam dubie scriptum invenitur nimirum verba (II. 263) sunt: ܝܘܢܝܐ ܡܟܐ ܐܡܪ. ܘܩܛܦܝܢ ܪ̈ܫܝܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ. ܥܒܪܝܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܕܪܫܡܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܒܪ̈ܫܐ ܕܥܡ̈ܐ i. e. *graecus quidem vertit: qui vindemiant primitias gentium, sed hebraeus ait: designantes se ipsos in capita populorum.* Atqui vero verbum illud ܡܟܐ istam a me elatam vim habere, vide sis, si de ea dubitari omnino licet, Michaelem s. v. illud ܕܝܢ autem, ei oppositum, rem plane evincit. Neque tamen pro verbo ܡܟܐ sic nude posito usquam redditur: *quidem,* sin sequitur ܕ habet demum vim relativam, ut satis superque notum erit.

b) Iam vero in accommodationis *hebraei interpretis* ratione consideranda quadruplex erit ineunda via. Est enim prima quaestio, sitne ille interpres recte an falso ab Ephraemo excitatus? deinde, quomodo illae verborum quorundam a Versione simplice retentorum explicationes sint comparatae, rectene an falso? cui aliam quaestionem subiungemus, omnino hebraice sciverit Ephraemus? deinde, undenam Ephraemus istas lectiones variantes vel hebraicas vel graecas sumpserit? deinde, quae lectiones inveniuntur, cuius sint originis vel qualem Versionem habeant fontem? — Quod igitur ad istas varias Ephraemi textum accommodandi vias attinet, principio eiusmodi loci cadunt in nostram disputationem, ubi Hebraeus recte est allatus; sic 1 Sam. 24, 4. ad verba: ܘܥܠ ܫܐܘܠ ܠܡܥܪܬܐ ܘܕܡܟ ܬܡܢ adnotavit Ephraemus haec: ܥܠ ܕܝܢ ܐܝܟ ܥܒܪܝܐ ܕܢܟܣܐ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܗܘ ܕܡܦܩܢܘܬܢ ܐܡܪܐ ܘܕܡܟ ܬܡܢ *intravit vero, secundum hebraeum, ut velaret pedes suos i. e. quod nostra Versio reddit: et dormivit ibi.* Plura exempla si nosse tua refert adeas Spohnium p. 22. sqq. Iam alterius partis, quae erat de locis ubi auctor fallitur, quin Hebraeum cum Versione graeca et chaldaea (Genes. 36, 24. I. 184. D. 24, 63. I. 173. B.) confundit, afferemus exemplum Deut. 9, 25 ܘܨܠܝܬ ܩܕܡ ܡܪܝܐ *oravi coram domino.* Ephraemus I. 273. C. addit haec: ܐܝܟܐ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܕܨܠܝܬ ܕܨܠܘܬܐ ܒܥܒܕ̈ܐ ܕܡܫܟܢܐ *ubi*

dicit: oravi, ibi in Hebraeo scriptum est: ieiunavi. At Hebr. exhibet: אֶתְנַפַּל *procidi.* Alterius generis, quo primum loci ubi Ephraemus verba hebraica ab auctore Versionis simplicis retenta recte enucleaverit, continentur, exemplum sistimus 1 Reg. 7, 21. (I. p. 460) ܢܩܝܡ ܗܘܐ ܢܩܝܡ i. e. *vis verbi (columnae) Iakin* (יָכִין) *est: constituet.* Plura eiusmodi exempla si cognoscere volueris inspecta: 1 Reg. 18, 44. I. 498. F. 2 Regg. 3, 4. I. 523. E. Iob. 41, 13. II. 18. E. Quorum tamen exemplorum maximam partem si bene iam perspectam habueris, non poteris, quin libere confitearis, Ephraemum, si istas lectiones perperam textui inseruerit, nec Codicem hebraeum in promptu habuisse nec hebraice omnino scivisse [41]); cui nostrae sententiae imprimis ii loci favent in quibus Ephraemus verba hebraica explicaturus (cf. Credner. p. 17 sqq.) maximam prae se fert inscientiam. Dixeris quidem, nonne alia exempla exstant, quae contra disputent immo contrarium declarent? At vide, quam sint illa paucissima eaque quam facillime ex ore Iudaeorum percepta habuerit? Iam obieceris: numquid ignoras, ipsa Ephraemi aetate Iudaeos in Mesopotamia consedisse codicesque sacros versasse, tum Iudaeorum Gymnasia floruisse, ita ut ad linguam hebraicam discendam ei aditus facillime patere posset [42])? Potuit quidem, hoc autem ipsi contigisse, nego. Quid igitur? Num instare perges? Iamiam alium reclamantem audio: quid? num tandem negas, ab alio nescio quo praepostero, istas, ne dicam lectiones variantes falso adhibitas, sed tantum verba illa perperam explicata seriore demum tempore textui Ephraemiano esse inculcata [43])? At misere cupio scire qui illud cogitari possit, quemquam tam temerarium atque adeo insipidum et insulsum fuisse, qui tale ingratum munus non modo Ephraemi libros corrumpendi, verum etiam suam inscitiam aliis detegendi sibi assumeret? Immo vero, omnes errores noster ipse commisit. Ceterum accedit etiam illud, quod verba male sic explicata cum Ephraemi scholiis plerumque arctissime coniuncta esse invenies.

9. Atqui vero haec a nobis perorata simul diligenter perpenderis, confiteberis profecto, istas lectiones variantes nequaquam ex ipso codice hebraeo vel graeco illatas ipsius Ephraemi studio existimandas esse, sicuti Spohnius (p. 10. 13. 15. 18) nec non Wahlius (p. 85) pronuntiarunt, sed aliam potius viam nobis esse ingrediendam qua ad rem occultam et impeditam facilius perveniamus. Consideratius vero arbitratus est Credne-

---

41) Ephraemum hebraice scivisse et fonte hebraico usum fuisse contenderunt Assemanus B. O. I. p. 71. Spohn. p. 21 sqq. Wahl. p. 80. Eichhorn. p. 446, contra addubitavit Kirsch. l. l. p. 24. negavit Crednerus p. 19.

42) Huic sententiae indulsit Petrus Benedictus in Opp. Ephr. I. ad Lect. p. 2.

43) Sic Crednerus p. 46.

RUS, qui omnes istas accommodationes a scholiis margini illius codicis Versionis simplicis quem adhibebat Ephraemus allitis duxit, quo scilicet sua sponte animus libere legentis fertur. Equidem ei assentior omnino, idque unum doleo, quod coniecturam, antea mea sponte iam inventam atque excogitatam, se inscio praeripuit. Atqui multa nobis reliquit. Nihil enim aliud quam coniecturam suam leviter attigit neque eam exemplis nonnullis corroboravit, neque ut alias quidem ex singulorum locorum explicatione certo intellectum habeo, alia multa quae praeterea sunt caute consideranda, circumspiciendo ponderavit. Nam certi loci eiusmodi inveniuntur, qui, nisi quis succurrit, aeque maneant occulti ac desperati atque antea fuere. Detis igitur hanc veniam, ut coniecturae quasi continuatoris et amplificatoris partes suscipiam.

10. Sequitur ergo, ut, quemadmodum illa scholiorum margini adscriptorum ratio intelligi oporteat, videndum sit [44]). Quamobrem nonnulla praemonere ante mihi visum est, quam exempla quae sententiae admodum prosunt vobis afferam. Vidi MS. Pss. Orphanotrophei Halensis (cuius etiam DATHE meminit in Praef. ad Psalter. p. 35) quo fere eandem scholiorum marginalium rationem, quam in Codice Versionis simplicis fuisse supra percepisti, cognovi, quo ea ratio quae textui intercedebat cum scholiis perinde atque ea errorum Ephraemi dilucescat. Si enim fit, ut in codice Pss. lectio aliqua sive Graeci sive Hebraei memoretur, nonnunquam ad illud verbum, quod agitur, in ipsius textus serie signum hac forma: ÷, rubro atrove colore appictum atque ad lectionem variantem, ut facilius sit ad inveniendum, in margine iteratum vidimus (ad Ps. 35, 25. 57, 9. 109, 27.). Persaepe tamen iteratio illa neglecta est omnino; saepius etiam lectio varians sine signis textuariis et marginalibus nude margini apponitur, quo facile fieri potuit, ut, qui illam animum advertisset, quo eam referret inscius, aberraret, id quod Ephraemo saepe accidit. Iam in Codice Halensi par est Hebraeum aut Versionem Alex. excitandi ratio; veluti Hebraeum (ܥܒܪܝܐ) ad Ps. 35, 25. 33, 1. itidem Graecum (ܝܘܢܝܐ) ad Ps. 10, 1. 22, 20. Atque simili ratione siglum ܒܨ i. e. *in Codd.* accommodatur, idque ad lectionem variantem hic fere semper receptam. Veluti ad Ps. 57, 9. 108, 3. 58, 8. 118, 5. Sic a Iacobo Edesseno *librum ms. alium* (ܒܨܚܚܐ ܐܚܪܝܢܐ) memorari supra (Not. 40.) vidimus. Atqui aliquanto frequentius nomen graeci interpretis non est perscriptum, sed siglo (ܝܘ) tantum notatum (ad Ps. 22, 19. 23, 5 et porro), quae omnia ad errores ansam praebuerunt et effecerunt, ut Ezech. 17, 7. Ion. 3, 4. Grae-

44) Notanda est CREDNERI incogitantia qui dicit (p. 47) ASSEMANUM in B. O. I. p. 67 Codicis Ephraemiani eiusmodi notis marginalibus instructi mentionem fecisse, atat de *Scholiis* s. *interpretationibus* (ܦܘܫܩܐ) tantum Iacobi Edesseni aliorumque, margini quidem adscriptis (cf. l. l. p. 63) ibi mentio fit.

cum pro Hebraeo falso haberet aut e contrario multum committeret. Sic etiam lites de *Versione alia* (ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܐܚܪܬܐ) facile dirimuntur. Fortasse enim lectio varians ex Alexandrino graeco deprompta, nomine Versionis omisso, margini erat adscripta, adeoque in incertum vocata ab Ephraemo nomen *alius Versionis* omnino accepit. Iam exemplis aliquot ad nostram sententiam uberius explanandam vela demus; primum de iis locis ubi interpretes nomine excitantur, deinde de aliis quibusdam quae in ipsa textus accommodatione cognovimus et notis quidem marginalibus tantum explicari possunt, disputaturi. Ut igitur a) ab interpretum accommodatione exordiamur praesertim eum locum hic consideremus, quem nemo adhuc satis perspexit. Habes istum mire arduum et intricatum Ios. 15, 28. Hebr. (et Chald.) בְּאֵר שֶׁבַע וּבִזְיוֹתְיָה (melius fortasse בְּנוֹתֶיהָ vide vs. 45 apud Hebr.). Contra Peschito: ܒܐܪ ܫܒܥ ܘܩܘܪܝܐ ܒܝܣܘܬܐ (Cod. Pocock. ap. Herbertum Thorndicium in Polygl. Lond. T. VI. exhibet ܒܝܣܘܬܐ). Atqui Ephr. I. 305. B. ܒܐܪ ܫܒܥ ܘܩܘܪܝܗ̇ ܘܦܨܚܝܗ̇ [ܗܢܘ ܡܕܝܢܬܗ̇]. ܠܐ ܝܕܥܘ ܡܦܩܢܝ ܕܣܘܪܝܝܐ ܡܢܘ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܢܐ ܡܠܬܐ ܥܒܪܝܐ. ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܗܝ ܗܘܝܘ ܥܠ ܫܡ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ. ܒܝܣܘܬܗ̇ ܟܬܒܘܗ̇ i. e. *Beerseba et urbes (filiae) et vici eius* [i. e. *urbes eius*]. *Quia Versionis syriacae auctores nescierunt quid esset haec vox hebraea, icciro ipsum verbum Besiotheh transscripserunt, quoniam illud urbis nomen duxerunt.* Est igitur praemonendum, Ephraemum suo tempore in codice Vers. simplicis legisse: ܒܝܣܘܬܗ̇, ut ex extremis verbis modo allatis apparet; iam vero illud interpretamentum ܗܢܘ ܡܕܝܢܬܗ̇, quum superfluum sit et sensum turbet omnino, certo est interpolatum, ut iam iudicavit Spohnius p. 40. 41. At quaeritur, unde Ephraemus suam lectionem ܘܡܕܝܢܬܗ̇ ܘܦܨܚܝܗ̇ duxerit? Nimirum margini nescio a quo adscriptum erat: ܒܝܣܘܬܗ̇ ܒܢܬܐ, tum alius quis subscripsit explicationis instar: ܘܡܕܝܢܬܗ̇ ܘܦܨܚܝܗ̇ quae verba is quidem ex Hebraeo v. 32, ubi item ad nomen urbis appositum legitur: עָרִים וְחַצְרֵיהֶן deprompsit. (Alterum verbum Genes. 25, 16 in idem verbum syr. versum est.) Neque tamen Ephraemi scholion descendit a Versione LXX, sicuti autumavit Crednerus (p. 35), qui interpretes enim vertunt: [καὶ Βηρσαβεὲ] καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν (quae versio apud Alex. emanavit ex vs. 45. eorundem), nam in Scholio distinguit inter eos qui *urbes* s. *oppida* incolunt (ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܥܡܪܝܢ), sunt scilicet mystice qui supremum sanctorum ordinem tenent, et inter eos *qui rura* s. *pagos* incolunt (ܐܝܠܝܢ ܕܒܩܘܪܝܐ), sunt quidem qui infimum contemplantium ordinem exprimunt. Atqui vero apud Alexandrinos *vici* et *villae* tantummodo leguntur. Si aliud exemplum sciturus es, accipe 2 Regg. 3, 15. ubi Syr. ܐܝܬܘ ܠܝ ܢܩܘܫܐ *afferte mihi fidicen.* LXX καὶ νῦν λάβε μοι ψάλλοντα. Ephr. I. 524. A. ܢܩܘܫܐ ܐܡܪ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܡܐ ܕܢܝܡܐ ܐܘ ܟܢܪܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܒܪܝܐ *Nokuscho dicit quod est mater chordarum vel cithara ut dicit Hebraeus.* Hoc, opinor, perspicuum est, *matrem* chordarum esse *iugum* chordarum idque poni pro *fidibus* s. *cithara*. At nolite

existimare apud Hebraeum legi כִּנּוֹר, immo ea verba quorum vim accurate refert interpres syrus, re vera leguntur, nempe קְחוּ לִי מְנַגֵּן. Veri simile est igitur, ad verbum ܢܩܘܫܐ *pulsans*, margini adscriptum fuisse ܟܢܪܐ (cf. 1 Sam. 16, 6), quo prius illud explicaretur; Ephraemum autem hoc interpretamentum nihil nisi lectionem variantem eamque hebraeam putasse.

b) Eadem facile via ac ratione alia multa quae vel ad textum vel ad scholia pertinent, explicantur. Quibus de notis marginalibus quatuor sunt quae quaerantur. Unum est, quod de duplice illa unius eiusdemque verbi hebraici interpretatione, quae passim in Versione syr. indidemque in Ephraemum translata occurrit, rectius nunc iudicetur. Lectio enim varians in Vs. syriacam tempore influxit, quum vera tamen ab Ephraemo sit servata. Genes. 26, 12. מֵאָה שְׁעָרִים, id quod praeclare tradit Ephraemus: ܡܐܐ ܟܘܪ̈ܝܢ *centum modios* i. e. *centuplum*. Secus syrus interpres: ܡܐܐ ܕܣܥܪ̈ܐ *centum hordei*, quod factum est ex מֵאָה שְׂעֹרִים. LXX. *εὗρεν — — ἑκατοστεύουσαν κριθήν.* — 49, 6. וּבִרְצֹנָם עִקְּרוּ שׁוֹר, in syriacis est: ܘܒܚܡܬܗܘܢ ܥܩܪܘ ܫܘܪܐ *et in furore suo suffoderunt murum;* quasi esset שׁוּר. Ita Chaldaeus etiam intellexit, nec aliter Ephraemus I. 106. D. ܘܒܪܓܬܗܘܢ ܥܩܪܘ ܫܘܪܐ *et per libidinem* s. *lasciviam suffoderunt murum.* Prius verbum hic genuinum et probandum sane videtur, utrumque alterum respicit in Scholio, quo manifestum fit, eum ita legisse. Verius tamen posuit in Catenis (p. 187. B.) ܘܒܪܓܬܗܘܢ ܥܩܪܘ ܠܬܘܪܐ, eadem legit Graecus, si a priore verbo discedis, nempe: *καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον.* Quod altero in loco (p. 187) legitur ܘܒܪܓܬܗܘܢ (et in Vs. syr. ܘܒܚܡܬܗܘܢ) iterumque in Scholio ܘܒܚܡܬܗܘܢ, alia autem in cera: ܘܒܨܒܝܢܗܘܢ, quod Hebraeo praeclare respondeat omnibusque Vss., id inde ducendum est, quod in altero membro apud interpretem syr., praecessit verbum consonum: ܒܪܘܓܙܗܘܢ, unde haec verborum mutatio etiam in eo codice quem ad Catenas adhibebat Ephraemus, inveniebatur. Haud igitur sciam, an sit corrigendum: ܘܒܨܒܝܢܗܘܢ ܥܩܪܘ ܬܘܪܐ. Alium sine dubio Codicem, quum alterum locum scriberet, in promptu habuit Ephraemus. Nihil igitur erat, cur locum alterum in Catenis propositum nostro interpreti abiudicarent Kirschius *(in Appendice ad Pent. pag. XI.)* et Spohnius (l. l. p. 41.). — Singularis locus est Ezech. 7, 16. כְּיוֹנֵי הַגֵּאָיוֹת כֻּלָּם הֹמוֹת, pro quo Ephraemus (II. 172. C.) posuit: ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܕܡܢܗܡܢ ܒܚܝ̈ܠܬܐ *ut columbae quae gement in vallibus.* Plane absoni quid habet Syrus: ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܕܚܝ̈ܠܬܐ ܟܠܗܘܢ ܢܡܘܬܘܢ *ut columbae vallium omnes morientur,* quasi legeretur: כֻּלָּם הַמָּוֶת i. e. כֻּלָּם בְּנֵי מָוֶת. Haud dubie vero legendum est: ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܕܚܝ̈ܠܬܐ ܟܠܗܘܢ ܡܢܗܡܢ. Ac simili ratione LXX interpretes: *καὶ πάντας ἀποκτενῶ* et reliquae Vss. graecae, quae ante oculos habuerunt הָמִית. Cod. Hex. Norberg. ܟܠܗܘܢ ܐܩܛܘܠ. — In alterum genus coniiciuntur notae marginales

quae eos locos ab omni dubitatione expediunt, in quibus verbum hebraeum dupliciter expressum in Versione syr. coniunctim legitur, quarum lectionum una vel ex Versionibus irruit vel ipsius Versionis syriacae varians est lectio posteaque etiam in Ephraemum est transscripta, id quod supra iam (p. 16) exemplo admonuimus. Aliud sisto hoc: Ies. 25, 8. לָנֶצַח s. *in gloriam* s. *in aeternum*. Prius extulerunt Aq. Theod. εἰς νῖκος, neque minus Apostolus 1 Cor. 15, 54, alterum Chaldaeus: לְעָלְמִין. Utraque vero lectio coniuncta hodie legitur apud Syrum: ܠܙܳܟܽܘܬܳܐ ܠܥܳܠܰܡ ܥܳܠܡܺܝܢ, cuius partes plane sectatur Ephraemus, seriore tamen tempore demum corruptus. — Insunt in tertio genere notae marginales ad quae provocari debet, si verbum aliquod explicationis caussa ab Ephraemo sit allatum, quod alias ipso textui adscriptum inveniatur; ex quo colligendum est, priore in loco illam lectionem variantem interpretamenti instar margini Codicis syr. quo Ephraemus uteretur fuisse adscriptam, alias autem, ubi lectio statim textui inseratur, eam propriam fuisse Codicis Vs. syriacae lectionem. Genes. 32, 26. וַיִּגַּע בְּכַף יְרֵכוֹ. Syr. ܘܰܢܦܰܠ ܥܰܛܡܶܗ ܕܝܰܥܩܽܘܒ *et cessit femur Iacobi.* Ephr. p. 181. A. explicat: ܘܰܢܦܰܠ ܐܰܘܟܺܝܬ ܢܗܶܠ *et cessit i. e. et debilitatum est.* Iacobus Edessenus autem verbum illud ܘܢܗܶܠ statim textui inserit (p. 183. B. C.). Ceterum radix ܢܗܶܠ, quam apud CASTELLO-MICHAELEM omnibus, quae eam probent, exemplis destitutam cognovimus, redit tamen II. 172. C. ubi verbis Ezech. 7, 17. ܟܽܠܗܶܝܢ ܐܺܝ̈ܕܰܝܳܐ ܢܶܬܪ̈ܰܦܝܳܢ *omnes manus remittentur;* eiusmodi subscriptum est interpretamentum: ܐܺܝ̈ܕܰܝܗܽܘܢ ܢܶܬܢܰܗ̈ܠܳܢ ܘܢܶܬܡܰܚ̈ܝܳܢ *manus eorum infirmabuntur et debilitabuntur.* — Ierem. 48, 26: הַשְׁכִּירֻהוּ. Ephr. II. 150. A. praeclare profert: ܪ̈ܰܘܳܘܗܝ *inebriate eum,* et adiungit haec: ܘܰܐܪ̈ܘܳܘܗܝ ܥܰܡܶܗ ܕܡܽܘܐܳܒ ܥܕܰܡܳܐ ܠ ܗܳܘܶܐ ܕܳܡܶܐ ܠܰܡܪ̈ܰܘܝܳܐ *et affligite populum Moab usque eo, quoad similis erit temulenti* (cf. II. 125. D. ubi ܡܪ̈ܰܘܝܳܐ mutatur cum ܪܰ̈ܘܝܳܐ). Iam vero Versio syr. hodie exhibet ܪ̈ܰܘܺܝܘܗܝ (ܪ̈ܰܘܳܘܗܝ?), quo ipso verbo explicationis caussa utitur Ephraemus. Memorabile est, quod in Scholio paullo convenit cum Chaldaeo: אַיְתָא עֲלֵיהוֹן עָקָא וִיהוֹן דָּמָן לְרַוְיָא. At iam ex personarum mutatione quisque facile intelliget, Ephraemi interpretationem nequaquam ex Chaldaeo esse sumptam. — Haec denique sit ultima partitio, quae lectio exstet in Hebraeo aut in Versionum aliqua, eam nonnunquam Scholiis Ephraemianis implicatam inveniri. Iud. 8, 24. כִּי יִשְׁמְעֵאלִים הֵם, Ephraemus: ܛܰܝ̈ܳܝܶܐ ܓܶܝܪ ܗܘܰܘ *Arabes enim fuerunt,* addit autem: ܗܳܢܽܘܢ ܐܺܝܫܡܥܺܝܠܳܝ̈ܶܐ *h. e. Ismaelitae.* Lectio hebr. in margine exstabat nomine fontis omisso, quam huc protraxit interpres itidemque Arabs. — Ies. 9, 10. ܘܰܐܪ̈ܙܶܐ ܢܫܰܚܠܶܦ *et cedros loco eorum collocemus,* sic Hebr. (vs. 9) וַאֲרָזִים נַחֲלִיף. Ephr. II. 37. A. verbo faciliore utens: *et cedros plantemus, (dixerunt filii Ephraemi)* ܘܰܐܪ̈ܙܶܐ ܢܶܢܨܶܒ ܐܶܡܰܪܘ ܒܢܰ̈ܝ ܐܶܦܪܶܝܡ addit: ܠܡܶܒܢܳܐ ܗ̄ ܠܰܢ ܗܰܝܟܠ̈ܶܐ i. e. *ad palatia nobis aedificanda*, sic LXX: (καὶ κόψωμεν — κέδρους) καὶ οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πύργον, quod incrementum Alexandrinorum est proprium. — Ies. 19, 24.

Ephr. II. 52. B. Scholio admiscuit haec: ܢܗܘܐ ܕܝܢ ܗܢܐ ܡܒܪܟ ܒܡܨܪ̈ܝܢ ܘܒܐܬܘܪ sic fere LXX *ἔσται Ἰσραὴλ (τρίτος) ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις εὐλογημένος.* Atqui quum in Versione syr. invenias: ܢܗܘܐ ܐܝܣܪܝܠ (ܥܡ ܡܢ ܬܠܝܬܝܐ) ܠܡܨܪ̈ܝܐ ܘܠܐܬܘܪ̈ܝܐ ܡܒܘܪܟܬܐ, sumendum est, illa Ephraemi verba ad versus 25. accommodationem potius, quam ad Scholion pertinere, posteaque demum esse interpolata aut ex arbitrio mutata ab Ephraemo.

11. Satis multa de proximo fonte unde notulas suas marginales duxerit Ephraemus; sequitur ergo iam remotior ille vel Versionum deliberatio unde istae lectiones marginales sint depromptae, ac, ne diutius vos demorer, de omni isto genere, quid sentiam, breviter exponam. Quod quale enim meum iudicium esse debeat de iis qui illas ex ipso Codice hebraeo graecove Ephraemum sumpsisse statuant, ex iis ipsis quae supra dicta sunt, sua sponte apparebit. Neque tamen magis in ea sententia a Crednero lata acquiesco, quae illum fontem esse Origenis Hexapla nobis insimulare studet. Tota Credneri argumentatio rationibus haud satis firmis nititur, quum dicat (p. 44), id se offendere, *quod ex tot locis in quibus Peschito cum textu hebraico non accurate consentit, Ephraemus nec nisi ea notaverit, in quibus veteres interpretes graeci, quos plerumque sequatur, a Versione Peschito recedant.* At vero quod Crednerus ita disputavit, dictione laborare et minus dilucide planeque esse expositum, sumendum est. Apparet scilicet, si verba urgeas, eum contendere, ne uno quidem alio loco veteres interpretes graecos a Versione simplice discrepare, praeter eos, ubi Ephraemus lectionem variantem exhibet; hoc enim eo prodit, quod verbo *nec nisi* utitur, quippe quod omnes reliquos locos in quibus illi interpretes a Versione simplice abhorreant, quorum numerus qui maximus sit cuique Hexapla endituro facile erit ad intelligendum, omnes, inquam, reliquos locos excludit omnino. At enim Crednerus inconsulto tantum loquutum esse nec istam sententiam sic intellectam voluisse videtur, quippe continuo ex eo percipitur, quod istas notas marginales *plerumque* tantummodo Hexaplorum fontem sequi sinit. Dicendum autem erat Crednero, id se offendere, quod istae notae marginales vel hebraicae vel graecae, *haud raro,* ni malueris *plerumque,* ex illis graecis interpretibus sint exhaustae. Atqui vero id etiam aliter mihi visum est, adeoque in exemplorum examen a Crednero congregatum, id quod nihil sane valet, inquiramus; illud quidem lubenter concessuri, hunc Origenis usum fieri potuisse, quoniam plurimi iidemque praestantissimi scriptores ecclesiastici (cf. Montefalc. I. p. 74) eum afferrent, etsi in cultu divino non uteretur, sed illud in Ephraemi Commentariis, quod ex exemplis intellexeris, existimare, plane est absonum. Primum igitur provocas ad Amos. 6, 1. (Credner. p. 39) נְקֻבֵי רֵאשִׁית הַגּוֹיִם. Syr. ܡܒܕܪܝܢ ܠܪ̈ܫܝܐ ܕܥܡ̈ܡܐ *qui dissipant principes gentium.* Ephr. II. 263. C.

observat haec: ܥܒܪܝܐ ܐܡܪ ܕܪܫܡܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܠܪ̈ܫܝܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܘܠܐ ܠܪ̈ܫܝܐ ܕܥܡܗܘܢ *Hebraeus dicit: qui se ipsos designant in capita gentium, non: in capita populi sui.* Quid attinuit hic iterum afferri illud Versionis cuiusdam fragmentum ab Iustino Martyre servatum atque olim iam a Spohnio (p. 12) prolatum: οἱ ὠνομασμένοι ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς ἐθνῶν? Auctor Scholii nihil aliud quam vocabulum hebr. נְקֻבֵי reciproce expressit. — Deinde Iob. 26, 13. (Credner. p. 38) חֹלְלָה יָדוֹ נָחָשׁ בָּרִחַ. Syr. ܘܩܛܠܬ ܐܝܕܗ ܠܚܘܝܐ ܥܪܘܩܐ *et interfecit manus eius serpentem qui fugit.* Ephraemus II. 11. C: ܥܒܪܝܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܘܥܒܕܬ ܐܝܕܗ ܠܚܘܝܐ ܦܪܩܘܢܐ i. e. *Hebraeus autem dicit: et fecit manus eius serpentem — tortuosum* (?). Sanequam errat Crednerus quum pronuntiet haec: *sequitur noster Symmachum qui habet:* τὸν ὄφιν συγκλείοντα. Etenim si apud Symmachum legimus: συγκλείοντα *concludentem,* is plane conspirat cum Aq. (ὄφιν μόχλον) et Vulg. (*serpentem vectem*) ad Ies. 27, 1. ubi Syr. ܥܩܠܬܘܢܐ *tortuosum.* Atqui vero verbum syr. ܦܪܩܘܢܐ, difficillimum sane ad explicandum, de quo consule Castelli Lex. Syr. p. 780. ed. Michaelis, idem esse atque illud a Symmacho usitatum, id Credneri demonstrationem admodum desiderat. Quod si pro חֹלְלָה notae marginalis auctor reddit ܥܒܕܬ contra Versio syr. ܘܩܛܠܬ, id inde ducendum est, quod ille formam Pil. a radice חול, hic vero formam Po. a rad. חלל respexit. Quid tandem praestat nobis Crednerus, Symmachum, quemadmodum a scholii auctore factum vidimus, verbum illud vertisse? — Ies. 17, 9. כַּעֲזוּבַת הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, Syr. ܢܗܘ̈ܝܢ ܩܘܪ̈ܝܐ ܕܥܘܫܢܗ ܐܝܟ ܓܘܡܬܐ ܕܚܘܪܫܐ ܘܐܡܝܪ ܕܐܫܬܒܩܘ ܡܢ ܩܕܡ ܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܝܠ i. e. *(Id temporis erunt urbes fortitudinis eius) sicut fovea Hharesch et Amir, quae derelicta est a filiis Israelis.* Ephr. II. 48. B. ܥܒܪܝܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܝܟ ܓܘ̈ܡܬܐ ܕܚܘܪܫܐ ܘܐܡܝܪ ܕܐܫܬܒܩܘ ܡܢ ܩܕܡ ܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܝܠ *Hebraeus autem dicit: sicut foveae sylvae et Amir quae derelictae sunt a filiis Israelis.* Hic quidem omnes inter Graecos unus Symmachus vertit: *sylva et Amir,* teste Hieronymo (apud Montefalc. Hex. Orig. II. p. 117) neque tamen video, quid caussae sit, cur ille consensus in verbi recta quidem explicatione, idem graeci interpretis usum evincere debeat? Deinde incertum est, num item Symmachus pluralem numerum posuerit; deinde Symmachus initio versus secundi, versui nono respondentis, verba עֲזֻבֹת עָרֵי vertit: καταλελειμμέναι πόλεις (sic LXX vs. 2. καταλελειμμένη) atqui vero nihil certius esse potest, quam Symmachum versu 9. cum Versione LXX (quae tradit: ἐγκαταλελειμμένη) nonnihil convenisse, nihilo tamen minus profert nota marginalis, in Hebraeo legi: ܐܝܟ ܓܘܡܬܐ, quocum igitur non consentit Symmachus; deinde scholii auctor singulari sane modo pro עָזְבוּ legit עֻזְּבוּ. — Alia exempla sponte refelluntur. — His exemplis iam confectis, ecquid confiteri dubitabis, illam de fonte Origeniano sententiam omnino esse abiudicandam. Omnes vero notulas ex ipso Hebraeo et ex Versione syriaco-graeca ad Alexandrinorum textum composita emanasse, easque ab Ephraemo iam esse inventas, censeo.

Cap. II.

De Versionis ratione atque usu critico.

12. Qui in Commentariis Ephraemianis studium habere coeperit neque igitur eius verba contexta afferendi excitandique rationem satis iam perspexerit, is fere omnia confusa et temere tractata existimat; tum vero singula accuratius perquirens consideratius quoque de Ephraemo cogitare incipit, donec tandem, si quasi oculorum acies fuerit exacuta et iudicium in eo tractando adultum, occultissimam ac ditissimam eius copiam consequetur et quasi aurum ab omni sorde purgatum inveniet detectum. Eundem fere in modum primum de ea ratione qua interpres noster minus erit laudandus, nempe de textus biblici arbitraria accommodatione, at in universum, porro de singulis quae primum illud disputationis meae genus explebunt, equidem disserere experiar, donec tandem ad criticum Ephraemi usum et laudes praestantissimas pervenire licebit. Innata enim bonitas illius codicis quo utebatur Ephraemus quamvis sit certissima maximeque indubitata, vix tamen cogitari potest, quam libere, ne dixerim dissolute, persaepe eum tractaverit interpres. Nunc vero, quum, quid illud sit de quo hic disputetur, sit explanatum, imaginem nostri interpretis et singula quae eam referunt expressuri, graviora etiam, ne vagari et errare videatur oratio, exemplis comprobabimus. At tanta est exemplorum cuiusvis generis affluentia, ut, quae non longam orationem desiderabunt, paucis conficiantur necessarium existimem.

13. Principio igitur ex primo illo genere exempla sunt aliquot ponenda ante oculos, quae videantur immutationum ad arbitrium commissarum ita referta, ut quippe quae Ephraemi arbitrariam rationem quasi praenuncient, egregie sint commoda, quo tamen vobis cavendum erit, ne Ephraemum omnino sic egisse existimetis; sciendum enim est, multos exstare locos, in quibus Versionis simplicis ordinem omni fide transscripserit, at de his nondum hic sermo fit. Et ad illud genus adscribamus Amos. 5, 3.

Vs. Syr.:

ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܐܠܦܐ ܢܫܬܚܪܘܢ
ܒܗ ܡܐܐ

In ea urbe e qua egrediebantur mille, remanebunt centum.

Ephraemus:

ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܠܦܐ ܢܦܩܝܢ ܡܢܗ ܡܐܐ ܒܪܢܫܝܢ ܠܐ
ܢܫܬܚܪ ܒܗ

In ea urbe e qua egrediebantur millia, centum hominum non remanebit.

1 Sam. 17, 55.

ܒܪ ܡܢܘ ܛܠܝܐ ܗܢܐ

cuiusnam filius est puer iste

ܡܢ ܐܝܢܐ ܫܪܒܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܢ ܛܠܝܐ

quanam ex stirpe est iste puer?

1 Regg. 7, 21.

ܘܩܝܡ ܥܡܘܕܐ ܕܐܣܛܘܐ ܕܗܝܟܠܐ ܘܐܩܝܡ ܠܥܡܘܕܐ
ܕܡܢ ܝܡܝܢܐ. ܘܩܪܐ ܫܡܗ ܝܘܟܝܢ. ܘܐܩܝܡ
ܠܥܡܘܕܐ ܕܡܢ ܣܡܠܐ ܘܩܪܐ ܫܡܗ ܒܥܙ

Et composuit columnas porticus templi et posuit columnam a dextra et vocavit nomen eius Iokin, et posuit columnam a sinistra et vocavit nomen eius Boos.

ܘܩܝܡ ܬܪܝܢ ܥܡܘܕܝܢ ܕܢܚܫܐ. ܘܩܪܐ ܫܡܗ ܕܚܕ
ܝܟܝܢ. ܘܩܪܐ ܫܡܗ ܕܐܚܪܢܐ ܒܥܙ

Et composuit duas columnas aeneas; et vocavit nomen alterius Iakin et vocavit nomen alterius Beös.

14. Nunc vero haec arbitraria ratio qua ea quae in contextis sunt, affert, primum inde intelligitur, quod modo alia omittit omnino, modo alia quam brevissime contrahit nec ea quae in Versione tenetur, perpetuitate utitur eoque saepe omnem iucundam et distinctam quandam varietatem adimit. Etenim saepe nihil studet, nisi ut sententiam in Bibliis ei praescriptam, quamvis tenuis et incomptus ornatuque omni reiecto ipsa compositione verborum impolitus, perquam breviter et presse et praecise exprimat; quin saepe omnibus orationis ornamentis elegantiisque abiectis et ieiunis et agrestioribus et nudis utitur et verbis compressione rerum brevibus et minutis. Qua re persaepe octo decemque versus paucissimis verbis succincte circumscribit, quin alia multa dissolvit et narrando tradit, iam per plures versus verba tantum aliquot ex eorum initio desumpta, omnibus vero aliis prorsus relictis, excitat; porro alia in scholiis significando attingit quorum in textus accommodatione nulla est habita ratio. Quod quum sit a nobis patefactum, exempla, ut rationem nostram adiuvent, sequantur haec: 1 Regg. 21, 17. ܘܗܘܐ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܐܠܝܐ *et erat vox domini ad Eliam*, contra Ephr. ܘܐܡܪ ܠܐܠܝܐ *et dixit Eliae.* — Ies. 24, 5. ܡܛܠ ܕܥܒܪܘ ܢܡܘܣܐ ܘܫܚܠܦܘ ܦܘܩܕܢܐ *propterea quod legem migrant et pervertunt praeceptum.* Ephr. ܡܛܠ ܕܫܚܠܦܘ ܢܡܘܣܐ. — Ios. 2, 1. *Et misit duos viros illius terrae peritos et dixit iis: ite, lustrate agrum Ierichuntis* (ܙܠܘ ܚܙܘ ܠܐܪܥܐ ܕܐܝܪܝܚܘ). Ephr. *Misit Iosua duos viros, ut explorarent Ierichuntem* (ܠܡܓܫܘ ܐܝܪܝܚܘ). — 10, 16. ܐܢܫܐ ܕܓܒܥܘܢ *viri Gebaontis.* Ephr. ܓܒܥܘܢܝܐ *Gebaonitae.* — Iud. 6, 21. *(et ascendit ignis) et consumpsit carnem et fermentatum.* Ephr. *et consumpsit holocaustum.* — Deut. 23, 24. ܐܟܘܠ ܥܢܒܐ ܥܕܡܐ ܕܣܒܥܐ ܢܦܫܟ *comede uvas donec satietur anima tua.* Ephr. ܐܟܘܠ ܥܢܒܐ ܡܠܝ ܟܪܣܟ *imple ventrem tuum uvis.* — Amos. 6, 12. ܘܦܐܪܐ ܕܟܐܢܘܬܐ *et fructus pietatis.* Ephr. *et pietas.* — Deut. 27, 1. ܒܝܘܡܐ ܕܥܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ *die quo transieritis.*

Ephr. ܡܐ ܕܥܒܪܬܘܢ *quando transieritis.* — 7, 13. *Et diliget te et benedicet tibi et augebit te.* Ephr. *et benedicet tibi.* — Exod. 21, 9. ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗ ܠܡܙܒܢܘܬܗ *non licebit ei vendere eam.* Ephr. ܠܐ ܢܙܒܢܝܗ *non vendet eam.* — Genes. 6, 11. ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ *aves coeli.* Ephr. omitt. ܕܫܡܝܐ. — Ierem. 31, 32: *non sicut foedus illud quod feci cum patribus vestris.* Ephr. *non sicut illud vetus.*

15. Iam aliis in locis ex arbitrio mutatis ipsi textui interpretamenta admiscuntur, saepe etiam alius versus interponitur, vel ut est, vel paullulum immutatus, vel etiam aliquam partem versus ita affert, ut aliorum versuum interpretationi serviat eorumque intellectum aperiat. Ies. 17, 8. ܘܠܐ ܢܬܬܟܠ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܥܒܕܝ ܐܝܕܝܗܘܢ ܘܥܒܕ ܨܒܥܬܗ *nec confidet aris quas fecerunt manus suae et composuerunt digiti sui.* Ephr. ܘܠܐ ܢܬܬܟܠܘܢ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܘܕܒܚܐ ܕܐܬܩܝܡܘ ܒܕܢ ܘܒܒܝܬ ܐܝܠ *nec confident aris et sacrificiis quae collocarunt in Dan et Bethel,* quibus verbis autem primum versus 7. illustrat. — Ies. 22, 21. ܘܫܘܠܛܢܟ ܐܬܠ ܒܐܝܕܘܗܝ ܘܢܗܘܐ ܐܒܐ ܠܥܡܘܪܘܗܝ *et tuam potestatem tradam in manus eius et erit pater incolis.* Haec verba, at immutata atque cum interpretamentis commixta, explicant ea quae ex eodem versu modo praecesserunt. *Et cingulo tuo praecingam eum* ܗܘ ܕܐܫܠܡ ܫܘܠܛܢܟ ܠܐܠܝܩܝܡ ܒܪ ܚܠܩܝܐ ܘܢܗܘܐ ܚܠܦܝܟ ܐܒܐ ܠܥܡܘܪܘܗܝ *i. e. tradam potestatem tuam Eliakimo filio Hilkiae et erit pro te pater incolis.* — Ierem. 49, 3. ܡܛܠ ܕܡܠܟܘܡ ܒܫܒܝܬܐ ܐܙܠ ܟܗܢܘܗܝ ܘܪܘܪܒܢܘܗܝ ܐܟܚܕܐ haec verba in Scholii forma initium eiusdem versus: *accingite vos saccis, plangite, certate vobiscum invicem* explicant hac ratione: i. e. *quia Babylonii undique* (imminent) *et Malkom deus vester vos simulque fana sua deseruit, etenim ipse cum sacerdotibus ductus est necessitate coactus et in captivitatem abiit.*

16. Deinde textui accessiones accrescunt, quae saepe intellectui serviunt. Dan. 11, 26. ܡܚܫܒܬܗܘܢ *cogitationes.* Ephr. add. ܒܝܫܬܐ *malas* — 10, 12. ܡܠܝܟ *verba tua.* Ephr. ܡܠܐ ܕܨܠܘܬܟ *verba precationis tuae.* — 3, 1. ܨܠܡܐ ܚܕ *statuam quandam.* add. ܪܒܐ *magnam.* — 1 Sam. 14, 42. ܐܪܡܘ *mittite.* add. ܦܣܐ *sortes.* — Iud. 9, 8. ܐܡܠܟ *regna.* Ephr. praeponit ܬܐ *age dum.* — Deut. 1, 1. ܠܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ. Ephr. ܠܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ *universam ecclesiam Israelis.* — 3, 17. ܘܐܟܠܬ *et comedisti.* Ephr. ܘܐܬܛܦܝܬ ܠܡܐܟܠ *et persuasus es uti comederes.* — Hiob. 24, 20: ܘܥܒܕܘ ܢܟܠܐ ܡܢ ܡܪܒܥܐ ܘܡܠܡܠܐ ܐܢܘܢ ܬܣܐ *fraudem fecerunt ab utero et suget eos tinea* [45]). Ephr. ܚܛܘ ܘܐܬܢܟܠܘ ܘܡܝܬ *peccarunt et*

45) Ephraemus II. 10. E. sub voce ܡܠܡܠ eandem subiecit sententiam quam hebraicis etiam multi inesse statuunt, quum explicet: ܡܠܡܠܐ ܐܢܘܢ ܕܝܢ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܬܣܐ *i. e. imbibet (suget) eos tinea*, valde iis delectabitur. Dav. Michaelis in *Lex. Syr.* p. 530 haesitavit, num hanc notionem sub voce subscriberet.

fraudem fecerunt etc. — Aliis tamen in locis haec interpretamenta quibus verba contexta alias sunt aucta in contextis non leguntur. cf. ad Genes. 15, 6. coll. p. 63. C. ad 49, 24. coll. p. 114. B.

17. Creber etiam est verborum *idem valentium* frequentia aut iis certe utitur, quae habent vim paullulum immutatam, quibus perficit, ut saepe significatio obscura et latens verbo illustretur. Atque ex tanta exemplorum quae ad hoc genus adhaerescunt silva sistimus quae sequuntur: Dan. 2, 44. ܠܐ ܬܬܚܒܠ *non corrumpetur*, ܠܐ ܬܥܒܪ *non interibit.* — 1 Reg. 7, 15. ܣܐܡܐ *argentum*, ܟܣܦܐ. — 1, 12. ܦܨܝ *libera*, ܦܪܘܩ. — 2 Reg. 13, 20. ܩܒܪܘܗܝ *sepelierunt*, ܛܡܪܘܗܝ. — 1 Sam. 9, 24. ܠܛܒܚܐ *coquus*, ܢܚܬܘܡܐ. — 23, 2. ܩܛܘܠ *occide*, ܡܚܝ. — 10, 9. ܠܒܐ ܐܚܪܢܐ *cor aliud*, ܠܒܐ ܚܕܬܐ *cor novum.* — 2, 36. ܦܬܬܐ ܕܠܚܡܐ *buccella panis*, ܩܨܬܐ ܕܠܚܡܐ. — Iud. 8, 28. ܘܫܠܝܬ ܐܪܥܐ *et quievit terra*, ܘܐܫܬܠܝܬ ܐܪܥܐ. — 5, 20. ܚܛܦ *rapuit*, ܒܙܙ. — Deut. 23, 13. ܬܘܦܠܬܟ *vomitus*, ܕܘܦܠܬܟ. — 14, 13. ܢܥܒܐ *corvus*, ܥܘܪܒܐ. ut Levit. 11, 15. — Exod. 24, 8. ܙܪܩ *sparsit*, ܐܙܠܦ. — 5, 12. ܠܡܠܩܛܘ ܩܫܐ ܕܬܒܢܐ[46]) *ad colligendas stipulas paleae*, ܠܡܠܩܛܘ ܬܒܢܐ *ad colligendas paleas.* — Iob. 2, 7. *Et egressus est Satanas* ܢܦܩ ܣܛܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܘܡܚܝܗܝ ܠܐܝܘܒ ܒܫܚܢܐ ܒܝܫܐ ܡܢ ܦܪܣܬܐ *et percussit Iobum ulcere malo a planta etc.* Ephr. ܘܐܬܡܚܝ ܒܫܚܢܐ ܒܝܫܐ ܡܢ ܦܪܣܬܐ *et vapulat s. castigatus est a planta etc.*[47]). Micha. 2, 8. ܓܢܒܐ *fur*, ܓܝܣܐ. In *Lex. syr.* Castell. *edit.* Michaelis p. 160 legitur, illum ab altero differre, quod hic interdiu, ille noctu praedetur. Ephraemus utrumque composuit II. 56. A.: ܢܗܘܘܢ ܡܢ ܕܓܢܒܐ ܘܓܝܣܐ ܕܡܬܛܫܝܢ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. — Ies. 1, 5. ܠܟܘܪܗܢܐ *moestitiam*, ܠܟܡܝܪܘܬܐ.

46) Mireris profecto quod in *Lex. Syr.* Castell. Michaelis verbum ܠܩܛ, quod verbo hebr. קבץ respondet, non invenitur. Saepissime tamen legitur, ut Genes. 24, 25. 32. Exod. 5, 7. 10. 11. 13. 16. 18. Iud. 19, 19. 1 Regg. 4, 28. Hiob. 41, 18. Ies. 11, 7. 25, 10. 65, 25. Ier. 23, 28.

47) Memorabilis sane est usus verbi ܡܚܐ, quem Ephraemus ad Ierem. 11, 19. II. 121. F. 122. A., verba: ܢܚܒܠ ܩܝܣܐ ܒܠܚܡܗ *perdamus arborem una cum fructu suo* singulariter interpretatus: *consumamus lignum, ut sit panis eius (Ieremiae)*, explicat hunc in modum: ܗܘ ܩܝܣܐ ܕܐܟܠܝܢ ܠܗ ܠܡܐܟܘܠܬܐ. ܠܚܡܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܟܠܗ ܟܬܒܐ ܠܗ ܡܕܡ ܕܐܟܠܝܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܗܘ ܗܟܝܠ ܕܠܚܒܪܗ ܩܝܣܐ ܢܘܟܠ ܗܘ ܗܘ ܕܒܩܝܣܐ ܡܚܐ ܠܗ ܐܘ ܬܠܐ ܠܗ ܒܩܝܣܐ ܐܘ ܒܢܘܪܐ ܡܘܩܕ ܠܗ. ܐܡܪܝܢ ܓܝܪ ܕܐܟܠܘܗܝ ܡܚ̈ܘܬܐ ܗܘ ܕܒܡܚ̈ܘܬܐ ܐܬܢܓܕ. ܐܝܟ ܕܓܝܪ ܡܬܐܟܠ ܩܝܣܐ ܒܠܚܡܐ ܐܘ ܒܝܬܐ ܒܝܩܕܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܢܐܟܘܠ ܩܝܣܐ ܘܢܡܚܐ ܦܓܪܐ ܕܢܒܝܐ ܐܘ ܢܘܩܕܝܘܗܝ ܐܘ ܢܨܠܒܝܘܗܝ. ܒܗܢܐ ܕܝܢ ܩܡܚܐ ܕܢܘܪܐ ܡܢ ܗܘ ܩܕܡ ܐܝܟ ܕܢܚܙܐ ܠܚܡܐ ܕܐܦܝܢ ܗܘܘ ܐܢܫܝ ܥܢܬܘܬ ܠܐܪܡܝܐ *i. e. ligno eum cibaturi sumus. Namque scriptura omne illud, quod homines edendo consumunt, panem dicit. Qui igitur alterum ligno cibaverit is est qui ligno eum caedit vel de ligno suspendit vel ligno cremat. Dicunt enim, plagas devorasse eum, qui flagellis caesus est. Quemadmodum igitur lignum panificio consumitur vel domus incendio deflagrat, sic nos lignum consumamus, sive ut prophetae corpus caedamus sive ut crememus sive ut suspendamus. Atque hac de farina panem Ieremiae coquebant Anathotitae.*

18. Saepe etiam verbis magis perspicuis et proprie demonstrantibus, quae vim habent explicationis, utitur, quo efficit, ut orationem numerorum quasi moderatione adstrictam solvat et verbum ambiguum diluat et verbis frequentioribus vel humilioribus vel rerum magis propriis sit abundantissimus, adeoque illa translata et distincta Versionis simplicis vel abdita obscurave verba loco deiiciat. Neque tamen ulla alia verba huc caute sunt referenda, nisi quae nec in Scholio retinentur nec alio quodam indicio genuinae lectiones habeantur licet, qua nimirum re nulli dubitationi locus datur, quominus illa verborum immutatio ex arbitrio sit facta. Dan. 11, 20. ܢܩܘܡ ܥܠ ܡܘܬܒܗ *in locum eius succedet,* ܥܠ ܐܬܪܗ. — 3, 19. ܚܠܡܐ *somnium,* Ephr. ܚܙܘܐ *visio.* — Levit. 20, 16. ܩܛܘܠܘ *interficite,* ܬܬܪܓܡ *lapidibus obruetur.* — Exod. 23, 18. ܠܐ ܢܒܘܬ ܬܪܒܐ *non pernoctabit adeps,* ܠܐ ܢܩܘܐ ܬܪܒܐ *non remanebit adeps.* — 20, 24. ܡܕܒܚܐ — ܬܥܒܕ ܠܝ *altare — facies mihi.* Ephr. ܬܒܢܐ ܠܝ *aedificabis mihi.* — 15, 15. ܓܢܒܪܐ *viros,* ܫܠܝܛܢܐ *principes.* — Genes. 49, 6. ܠܐ ܢܚܬܬ ܡܢ ܐܝܩܪܝ *non descendi de gloria mea,* ܠܐ ܐܬܓܙܪܬ ܡܢ ܡܘܡ *non sum succisus s. imminutus etc.* — 42, 21. ܘܠܐ ܫܡܥܢܝܗܝ *nec exaudivimus eum,* ܘܠܐ ܪܚܡܢܝܗܝ *nec eius miserti sumus.* — 3, 8. ܒܓܘ ܐܝܠܢܐ *medio arborum,* ܒܝܬ ܩܝܣܐ *inter arbores.* — 22, 13. ܝܚܝܕܐ *unicus,* ܕܡܕܡ ܠܝܬ ܠܟ ܕܚܒܝܒ ܡܢܗ *quo nil tibi carius est.* 2 Sam. 3, 34. ܘܪܓܠܝܟ ܠܐ ܒܫܫܠܬܐ ܩܪܒܬ *nec pedes tuos in catenas arcessisti,* ܐܦܠܐ ܪܓܠܝܟ ܒܫܫܠܬܐ ܐܣܝܪܢ *nec pedes tui ligati sunt catenis.* Ioel. 1, 13. ܢܚܬܝܟܘܢ *vestes vestras,* ܐܒܠܝܟܘܢ *vestes vestras lugebres.* — 2, 22. *vitis ac ficus* ܝܗܒܘ ܚܝܠܗܘܢ *dederunt virtutem suam,* Ephr. ad 3, 18. II. 254. A. ܚܠܝܘܬܗܘܢ *dulcedinem suam.* — Amos 2, 7. ܐܢܬܬܐ *mulierem,* ܙܢܝܬܐ *meretricem.* Haud raro accidit, ut totae verborum concisiones sententiarumque comprehensiones aliis verbis sive idem sonantibus sive magis apertis et perspicuis quibus intellectus fit facilior, circumscribantur cumque aliusmodi interpretamentis commisceantur, quo item interpres efficit, ut et rem illustret textus verba recensendo et omni alia interpretatione, Scholiorum in forma, facile supersedeat.

19. Saepe tamen ista lectionis varietas eo nata est, quod Ephraemus alius cuiusdam et consoni quidem loci recordatus, indidem verba repetiit aut vero ex eorum verborum, quae sequebantur, serie, verbum formulamve sibi deprompsit. Hic memorabilis est locus Zach. 8, 23. Syr. ܘܢܐܚܕܘܢ ܥܣܪܐ ܓܒܪܝܢ — — ܒܟܢܦܗ ܕܓܒܪܐ ܝܗܘܕܝܐ *et apprehendent decem homines fimbriam hominis Iudaei* Ephr.: ܘܢܐܚܕܢ ܫܒܥ ܢܫܝܢ ܘܡܐ *et apprehendent septem feminae etc.* Videlicet interpres nihil nisi Iesaiae (4, 1) verba, quem propheta hic est imitatus, accuratius retinet. Iterum in Scholio, at in eiusdem fine ut Vs. Peschito. — 2 Sam. 16, 5. ܡܨܛܪ ܠܗ *maledixit ei* Ephr. ܡܨܛܪ ܠܗ, id., quod ex vs. 10. suscitavit. — Ezech. 22, 27. ܐܝܟ ܕܐܒܐ *sicut lupus,* Ephr. verbis annexuit ܕܪܡܫܐ *vesperae s. vespertinus,*

quum locorum Hab. 1, 8. Ierem. 5, 6. vel Zeph. 3, 3. meminisset. Ier. 49, 2. ܩܠܐ ܕܩܪܒܐ *vox proelii*, Ephr. ܩܠܐ ܕܚܪܒܐ *vox vastationis*, quod ex iis quae in Vs. syr. eodem in versu sequuntur, sibi mutuatus est. 1 Sam. 21, 1. ܡܠܟܐ ܦܩܕܢܝ ܒܨܒܘܬܐ *rex mandavit mihi negotium*, Ephr. ܡܠܟܐ ܫܕܪܢܝ *rex misit me*, iterum in Scholio I. 377. A., breviloquentia nimirum utitur atque verba proxima: *nemo sciat, cuius caussa equidem te mittam*, quam brevissime contrahens, summam notionem tantum retinet. — Ios. 20, 2. ܦܪܘܫܘ ܠܟܘܢ ܩܘܪܝܐ ܠܡܥܪܘܩܘܬܐ *relinquite vobis oppida ad evasionem*, Ephr. ܦܪܘܫܘ ܩܘܪܝܐ ܠܟܠ ܥܪܘܩܐ, iterum in Scholio. Accommodavit sibi verba ex vs. 7.: *separarunt sibi urbes asyli.* — Amos 5, 14. ܒܥܘ ܛܒܬܐ. Ephr. ܪܚܡܘ ܘܩܪ, ex vs. 15 adhibitum. — Ioel. 2, 19. *Ecce ego mittam vobis frumentum* — ܕܬܣܒܥܘܢ *ut saturemini*, Ephr. ܕܬܐܟܠܘܢ ܐܟܘܠ ܘܣܒܘܠܐ, recogitavit de loco 2 Reg. 19, 29. coll. Ies. 37, 30., ad verba illa etiam in Scholio respiciens. — Ierem. 22, 15. ܘܥܒܕ ܕܝܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ *et exercuit ius et iustitiam*, Ephr. ܘܥܒܕ ܕܫܦܝܪ *et fecit quod pulchrum;* praecipit verbum ex vs. 16. — 6, 27. ܐܘܪܚܬܗܘܢ. Ephr. ܠܥܒܕܝܗܘܢ ܘܐܘܪܚܬܗܘܢ, utrumque verbum sic coniunctum legis 7, 3.

20. Iam tenendum est, a) verbum in Versione simplice occurrens et apud Ephraemum cum alio verbo idem valente mutatum aut notione angustiore laxioreve circumscriptum, in Scholio tamen recte afferri nonnunquam. Quod occurrit Deut. 23, 25. verbis ܠܡܥܡܠܝܘܬܐ ܕܚܒܪܟ, quum in contextis Ephr. legatur ܠܚܩܠܗ ܕܚܒܪܟ. Exod. 14, 24. ܐܬܢܫܒ falso pro ܐܬܟܠܝܒ, in Scholio ut Pesch. Zach. 6, 13. ܡܠܟܐ ܕܫܠܡܐ, Ephr. ܡܠܟܐ ܕܛܒܐ, recte tamen in Scholio p. 295. B. eademque ratio intercedit inter ܐܥܒܪܘ et ܐܙܝܚܘ Zach. 3, 4. cf. 286. B. inter ܐܩܝܡ et ܐܒܢܐ Amos 9, 11. inter ܡܬܦܢܝܢ ܠܟ et ܒܥܘ ܠܡܪܝܐ Amos 5, 4. inter ܢܬܒܪܘܢܗ et ܢܬܒܪܝܢܗ Dan. 11, 30. inter ܠܟܠ ܩܘܪܝܐ et ܠܚܪܒܬܐ Dan. 9, 27. inter ܩܫܬܗ ܠܐ ܗܦܟܐ — ܚܪܒܗ ܠܐ ܗܦܟܐ ܗܘܬ et ܚܪܒܗ ܠܐ ܗܦܟܬ ܗܘܐ — ܩܫܬܗ ܠܐ ܗܦܟܐ ܗܘܬ 2 Sam. 1, 22 (cf. p. 393. A.). inter ܐܪܥܐ ܟܠܗ et ܒܐܪܥܐ 1 Sam. 14, 32. inter ܬܘܩܦܬܐ et ܠܐ ܢܦܘܩ 1 Sam. 2, 3. (cf. p. 334. E. D.). inter ܒܦܠܚܢܗ et ܒܡܫܡܫܢܘܬܗ Thren. 2, 20. inter ܢܣܒܘ et ܥܒܕܘ Ierem. 2, 13. inter ܥܒܕܬܝ et ܥܕܪܬܝ ib. 3, 5. — Si vero b) verbum legeris immutatum vel contortum vel male succinctum, saepe Versionis simplicis lectionem in Scholio invenies, quae ratio intercedit inter ܐܦܠܐ ܒܩܫܬܐ et ܘܠܐ ܒܩܫܬܐ Hos. 1, 7. inter ܡܣܒܪܢܘܬܐ et ܡܣܒܪܝܢ Ezech. 13, 22. inter ܡܕܝܢܗܘܢ ܠܟܠܐ et ܒܟܠܗܘܢ Hiob. 36, 29. inter ܦܨܝܚ et ܦܨܝܚܐ ibid. 6, 16. inter ܡܢ ܩܕܡ ܐܦܝܗܘܢ et ܡܢܗܘܢ Ierem. 1, 8. ܐܪܥܐ ܟܠܗ et ܒܐܪܥܐ 1 Sam. 14, 32.

21. Attamen ista arbitraria ratio non solum eo Ephraemum induxit, ut multa aut omitteret aut perquam breviter contraheret aut cum interpretamentis commisceret aut

accessionibus exaggeraret aut verbis idem sonantibus magisque perspicuis apertius efficeret, sed alias etiam eam saepe est sequutus. Explicatis enim his generibus nunc ad reliqua progrediar et ad singula quidem quae modo Ephraemi, qua verba contexta affert, rationem, modo Codicis Vers. syriacae, quo utebatur interpres, innatam conditionem paullo certius constituunt. Namque earum lectionum, quas iam percensebimus, complures certo illius Codicis sunt propriae nec omnes temere effusae. Itaque, licet certa quaedam norma non sit data qua vera a falsis diiudicemus, tamen praecepta nonnulla quae ad veritatem adducunt infra proponam. Primum igitur sententiarum singulorumque verborum ordinem invertit, ut 1 Regg. 4, 32. ܘܡܠܠ ܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ ܡܬܠܝܢ ܠܐܠܦܝܢ — — ܘܡܠܠ ܡܬܠܐ ܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ. — 1 Sam. 2, 31. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܣܒܐ ܒܒܝܬܟ — — ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܣܒܐ ܒܒܝܬܟ. aut interrogandi formulis pro affirmantibus utitur, ut Ier. 12, 5. Syr. ܐܝܟܢܐ ܬܥܒܪ ܠܗ ܠܓܐܘܬܗ ܕܝܘܪܕܢܢ *quomodo transibis superbum illum Iordanem?* Ephr. ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܟ ܠܡܥܒܪ ܘܓܘ *non licet tibi transire etc.;* aut verborum scripturam immutat, ut Ezech. 5, 1. ܡܣܦܪܬܐ — ܡܣܦܪܬܐ. Num. 18, 13. ܒܟܘܪܐ — ܒܟܘܪܐ. Ezech. 20, 25. ܢܚܝܘܢ — ܢܚܘܢ. Genes. 1, 16. ܠܡܫܠܛܐ — ܠܫܘܠܛܢܐ. Ier. 6, 7. ܡܘܒܥܐ — ܡܒܘܥܐ. 2 Regg. 8, 10. ܡܐܬ ܡܐܬ — ܡܐܬ ܡܐܬ. Mich. 2, 2. ܚܛܦܘ — ܚܛܦܘ. Iob. 37, 6. ܐܪܥܐ — ܐܪܥܐ. 1 Sam. 6, 8. ܐܪܓܘܢܐ — ܐܪܓܘܢܐ; saepe etiam nominum propriorum scripturam submutat: Genes. 4, 20. ܝܘܒܠ — ܝܘܒܠ. I. p. 45. B. in Scholio tamen p. 47. A. ut Vs. Peschito. — 4, 18. ܥܝܪܕ — ܥܝܪܕ. 1 Sam. 22, 11. ܐܚܝܡܠܟ ܒܪ ܐܚܝܛܘܒ — ܐܚܝܡܠܟ ܒܪ ܐܚܝܛܘܒ. Dan. 3, 20. ܫܕܪܟ — ܫܕܪܟ, iterum p. 225. B. Iud. 6, 11. ܝܘܐܫ — ܝܘܐܫ. 9, 20. ܡܠܘܐ — ܡܠܘܐ. Ier. 21, 2. ܢܒܘܟܕܢܨܪ — ܢܒܘܟܕܢܨܪ. 15, 1. ܫܡܘܐܝܠ — ܫܡܘܐܝܠ; aut formas grammaticas longe aliter reddit, namque et de verborum formationibus et temporibus et personis conservandis, ut ne quid perturbatum ac discrepans esset, minus fuit curiosus is, qui saepe etiam eos ipsos loquentes fecit de quibus in narratione aliqua sermo esset, neque et de verborum statu et genere et numero et terminationibus, quemadmodum enim verba caderent vel desinerent, neque de suffixis pleonastice positis sive tollendis sive addendis anxius. Iam enim in flexione verborum praeposteris utitur temporibus, ut Ios. 14, 9. ܕܬܕܪܟ — ܬܕܪܘܟ. iterum p. 304. C; 10, 11. ܘܢܦܠܘ — ܢܦܠܘ. 3, 3. ܡܫܩܠܝܢ — ܫܩܠܝܢ, p. 295. A. ut Vs. Peschito; 1 Sam. 15, 12. ܡܩܝܡ (corr. ܡܩܝܡ cfr. ROEDIGER p. 30. ad h. l.) — ܐܩܝܡ, iterum in Scholio p. 362. E; 2 Sam. 3, 13. ܐܬܐ ܥܡܟ (nisi) *tecum adduxeris* — ܐܝܬܝܬ ܠܝ (nisi) *adduxeris mihi.* 1 Sam. 24, 9. ܣܓܕ — ܣܓܕ; Deut. 8, 3. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܠܚܡܐ ܗܘ ܚܝܐ — ܠܐ ܝܕܥܬ. Hos. 11, 11. ܢܦܪܚܘܢ — ܢܦܪܚܘܢ. Ier. 45, 2. ܟܬܒܬ — ܟܬܒ, iterum in Scholio; 31, 22. ܬܗܦܟܝܢ — ܬܗܦܟܝܢ. 22, 11. ܢܦܩ — ܢܦܩ. 16, 12. ܠܡܫܡܥ — ܠܡܫܡܥ. 13, 26. ܢܦܠܐ — ܢܦܠܐ. Genes. 18, 21. ܐܚܙܐ — ܐܚܙܐ, iterum in Scholio p. 70. C. Amos. 3, 8. ܢܬܢܒܐ. Ephr. ܡܬܢܒܐ. aut creber est in personis permutandis, saepe enim homines loquentes inducit, ut Iob. 29, 19. ܘܛܠܠܐ

ܢܒܘܬ *et umbra pernoctabit* — ܐܒܘܬ ܒܛܠܠܐ ܡܛܠ ܗܢܐ ܘܒܛܠܠܐ *propterea in umbra pernoctabo;* Hos. 1, 3. ܕܒܠܝܡ — ܕܒܠܝܡ. Ies. 18, 4. ܐܝܟ — ܡܛܠ. 22, 2. ܐܬܡܠܝܬܝ *plena es* — ܐܬܡܠܝܬ *plena est.* Ezech. 21, 26. ܩܨܡ — ܐܩܨܡ. Ier. 49, 14. ܫܡܥܬ — ܫܡܥܢ. 31, 36. ܢܫܘܢ — ܢܫܘܢ. 23, 3. ܘܪܒܘ — ܘܪܒܘܢ. Zach. 4, 10. ܢܚܙܘܢ — ܢܚܙܘܢ; aut verborum formas permutat, ut 1 Sam. 24, 6. ܐܬܬܘܝ ܠܒܗ ܕܕܘܝܕ *cor Davidis poenituit* — ܐܬܘܝܗ ܠܒܗ ܠܕܘܝܕ *conscientia effecit, ut Davidem poeniteret.* Iud. 20, 13. ܘܠܐ ܨܒܘ — ܘܠܐ ܐܨܒܝܘ. 13, 18. ܦܠܐ — ܦܠܝܐ. Micha 7, 19. ܢܚܛܝܢ — ܢܚܛܝܢ. Amos. 6, 12. ܢܪܕܘܢ — ܢܪܕܘܢ. Ier. 15, 9. ܥܠܬ — ܐܥܠܬ. Dan. 2, 39. ܬܩܘܡ — ܬܩܘܡ; saepe exprimit Iud in fine 3 Sing. Fut. f., ut Ezech. 13, 14. ܬܦܠ — ܬܦܠܝܢ. Ier. 48, 45. ܬܐܟܘܠ — ܬܐܟܘܠܝܢ. vs. 33. ܬܥܒܕ — ܬܥܒܕܝܢ. vs. 2. ܬܐܬܐ — ܬܐܬܝܢ. 30, 20. ܬܬܠܐ — ܬܬܠܝܢ. 1 Sam. 25, 24. ܬܡܠܠ ܐܡܬܟ ܥܡ ܗܢܐ ܢܒܠ[48]) — Ephr. ܬܡܠܠܝܢ; formis 3 et 2 Plur. in Nun desinentibus suff. cum vocali ܘ recte annectitur, ut Ier. 23, 6. ܢܩܪܘܢܗ — ܢܩܪܘܢܝܗ. 1 Regg. 3, 28. ܬܫܡܥܘܢܗ — ܬܫܡܥܘܢܝܗ. 1, 33. ܢܚܬܘܢܗ — ܢܚܬܘܢܝܗ; in personis certorum verborum in plur. vel omittit Vau, ut 1 Sam. 11, 11. ܚܙܘ — ܚܙܘ; Iob. 19, 20. ܕܒܩܘ — ܕܒܩܘ, vel apponit, ut Num. 20, 10. ܦܩܘ — ܦܩܘ. (sic Leeana edit.) cf. Aemil. Roediger l. c. p. 43. ann. 48; participia cum pronomine personali posita contrahit, ut Ezech. 18, 2. ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ — ܐܡܪܝܬܘܢ; alias si contracta sint, verba distinet, ut Ier. 49, 4. ܡܫܬܒܗܪܝܬ — ܡܫܬܒܗܪܐ ܐܢܬܝ; ibid. ܬܟܠܬܝ — ܬܟܝܠܐ ܐܢܬܝ; aut, si nomina spectamus, statum commutat, 2 Regg. 2, 24. ܛܠܝܐ — ܛܠܝܐ. Ios. 13, 32. ܡܥܪܒܐ — ܡܥܪܒ; pro statu emphatico sequente ܕ ponit constructum, 1 Regg. 18, 44. ܐܝܟ ܦܣܬܐ ܕܐܝܕܐ — ܐܝܟ ܦܣܬ ܐܝܕܐ. 2 Sam. 23, 3. ܪܕܐ ܒܟܐܢܘܬܐ ܠܒܢܝܐ — ܪܕܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ, iterum in Scholio; 17, 17. ܒܥܝܢ ܪܘܓܠ — ܒܥܝܢܐ ܕܪܘܓܠ; in terminatione generis alteram habet numeri plur. formam, ut Ier. 15, 9. ܫܡܫܗ — ܫܡܫܗ. 1 Sam. 2, 12. ܒܢܝ — ܒܢܝ; nomina fem. duplicis formae habent formam fem. Ezech. 34, 12. ܥܢܢܐ — ܥܢܢܬܐ[49]); Hiob. 28, 1. ܕܗܒܐ — ܕܗܒܬܐ; 40, 10. ܟܘܢܫܐ — ܟܘܢܫܬܐ; genus discrepat, Ierem. 11, 16. ܙܝܬܐ ܪܥܢܢܐ ܫܦܝܪܐ ܒܦܐܪܘܗܝ; 2 Regg. 2, 25. ܠܛܘܪܐ ܕܟܪܡܠ — ܠܛܘܪܐ ܕܟܪܡܠܐ; suffixa vel apponit, ut 1 Regg. 4, 30. ܡܢ ܚܟܡܬܐ — ܡܢ ܚܟܡܬܗܘܢ; Num. 22, 13. ܠܘܬ ܪܒܪܒܢܘܗܝ — ܠܘܬ ܪܒܪܒܢܘܗܝ. 2 Sam. 22, 11. ܥܠ ܟܢܦܐ ܕܪܘܚܐ — ܥܠ ܟܢܦܝܗ ܕܪܘܚܐ; vel suffixa omittit, Num. 12, 12. ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܐܡܗ — ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܐܡܐ. Zach. 10, 10. ܠܐܪܥܐ ܕܓܠܥܕ — ܠܐܪܥܐ ܕܓܠܥܕ; verbo

---

48) Ephr. ad h. l. I. 383. D. adnotavit haec: ܢܒܠ ܡܬܦܪܫܐ ܡܠܬܗ ܡܫܬܥܠܝܐ ܒܡܠܐ ܫܝܛܬܐ. ܐܦ ܐܝܟ ܡܐ ܕܒܥܕܢܐ ܗܢܐ ܐܦ ܡܬܐܡܪ ܗܕܐ ܕܡܢ ܐܢܫ ܢܒܠ ܐܢܐ ܠܟ. ܗܢܘ ܕܟܕ ܡܬܚܡܬ ܐܢܫ ܥܠ ܒܥܠܕܒܒܗ ܒܚܡܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܡܠܛ ܠܗ, *significatio verbi Nabal est maledicus et contumeliosus. Hodie etiam dici solet illud Mnabel-no-loch i. e. diris devoveo te, si quidem iratus aliquis adversarium vehementissime exsecratur.*

49) Ephr. II. 167. B. ܙܝܘܐ ܕܒܪܩܐ ܗܘ ܐܝܟ ܙܠܝܩܐ ܕܒܪܩܐ ܐܘ ܐܝܟ ܟܘܟܒܐ ܪܗܛܐ, *species fulminis i. e. vel sicuti splendor fulminis vel sicuti stella currens (volans).*

suffixum addit 1 Sam. 7, 12. *et accepit lapidem* ܘܣܡ *et posuit.* Ephr. ܘܣܡܗ *et posuit eum;* commutat suffixum verbi cum pronomine separato, Zach. 3, 1. ܢܣܛܢ ܠܗ — ܢܣܛܢܝܘܗܝ; tollit signum Accusativi, 1 Sam. 2, 28. ܠܟܘܡܪܐ — ܟܘܡܪܐ; numerum permutat et perfundit, 2 Sam. 4, 2. ܓܝܣ̈ܐ — ܓܝܣܐ. Deut. 13, 3. ܠܟܘܢ — ܠܟ. Num. 16, 1. ܐܬܦܠܓ — ܐܬܦܠܓܘ. Levit. 8, 6. ܟܘܡܪ̈ܐ — ܟܘܡܪ̈ܐ. Dan. 3, 29. ܕܠܫܡܥܘܢ — ܕܠܫܡܥܘܗܝ.

22. His vero omnibus generibus et modis expositis, quum locus, quem quaerimus, non amplius late pateat, eiusmodi scripturae genera remanent, quae Codicis ab Ephraemo usitati propria potius persaepe videantur. Etsi enim illae Thorndicii collationes haud sufficiant aliaque praesidia desint, tamen est verissimum, multa nobis indicia esse relicta, quae hac in exploranda re nos maxime adiuvent, atque de illarum scripturarum integritate coniiciendi auctoritatem faciant. Primum enim si ea sequamur 1) *huc verba pertinebunt quae vi sua concinunt sive sint apertiora sive difficiliora atque in Scholiis recoluntur et urgentur.* Sic Storrius [50]) et Kirschius [51]) recte iam iudicarunt. At videndum est, ne omnibus illis in locis ubi ista iteratio incidit, veram quandam et genuinam scripturam repertam existimemus, quum plurima certo arbitrariae eius rationi sint adiudicanda pluraque alia exempla aliter explicari possint (cf. §. 19.). Hoc autem scripturarum genus ex parte etiam eo probatur, quod, ut satis notum erit, difficiliora eaque minus usitata verba ex Versione syriaca saepe sunt expulsa aliisque multo lucidioribus frequentioribusque commutata, quarum igitur scripturarum unam alteramve ab Ephraemo adhuc esse asservatam putare haud alienum est [52]). Dan. 4, 28. Syr. ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܕܡܣ̈ܟܢܐ *misericordia in pauperes.* Ephr. in verbis contextis et in Scholio: ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܕܠܘܬ ܡܣ̈ܟܢܐ *erga inopes.* 10, 11. Syr. ܐܫܬܘܕܥ, Ephr. bis: ܐܫܬܘܕܥܬ. 2 Regg. 3, 23. ܘܩܛܠܘ ܓܒܪ ܠܚܒܪܗ *et interfecerunt alter alterum.* Ephr. ܘܡܚܘ ܓܒܪ ܓܒܪ *et caesi sunt invicem,* iterum in Scholio p. 525. A. Genes. 3, 16. ܒܥܨܒܐ — ܒܥܩܬܐ; repetit in Scholio. 9, 27. ܢܫܪܐ — ܢܫܟܘܢ, iterum in Scholio p. 57. D. Iud. 6, 11. ܘܐܬܐ ܡܠܐܟܗ — ܘܐܬܐ ܡܢ, iterum in Schol. Zach. 14, 7. ܢܗܘܐ ܢܘܗܪܐ — ܢܗܘܐ ܢܘܗܪܐ, vide Schol. Mal. 3, 2. ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܕܨܪܘܦܐ — ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܕܡܨܪܦܐ, iterum in Schol. — 2) *Notandum profecto est genus hoc totum, quum paullulum inflexis commutatisque verbis utatur.* Atque hoc in genere mihi admirandum videtur, quod verbis delectetur unius tantum litterae in aliam translatione ab hodierna Vers. simplicis scriptura nonnihil abalienatis simulque tamen a) ita fabricatis, ut vel simi-

---

50) Storrius l. l. p. 194.

51) Kirschius in *Praefat. ad Pentateuch.* p. 21.

52) Kirsch. in *Append. ad Pent. ad Genes.* 3, 16.

litudinem vel eandem vim significationemque contineant eorumque singulis res ac totum simile conficiatur. b) *Aliae autem scripturae vere sunt peiores,* quum ita sint immutatae, ut plus minusve intellectum turbent atque adeo nonnunquam etiam plane contrarium efficiant. Id accidisse credo, vel quod Codex Vers. simplicis illas scripturas iam praebuit, quo facto earum multa fortasse veram et genuinam scripturam referunt, vel quod librarii negligentiae oscitanter indulserunt. Eiusmodi scripturarum hae sunt, quae sequuntur. Iud. 7, 16. ܣܪ̈ܝܩܬܐ *vacuas* — ܣܒܘܠܬܐ *capaces,* iterum in Scholio. 11, 3. ܐܢܫ̈ܐ ܣܪ̈ܝܩܐ *homines inanes* — ܐܢܫ̈ܐ ܣܪ̈ܝܚܐ *vitiosi.* Ezech. 16, 5. ܒܦܪܐ *in agro* — ܒܒܪܐ id. Ezech. 13, 18. ܦܪ̈ܩܐ ܕܐܝ̈ܕܝܐ *carpi manuum.* — ܡܪ̈ܦܩܐ. Ies. 24, 10. ܒܝܬ ܡܙ̈ܓܐ *domus urceorum, caupona,* haec vox in Versione simplice exhibita semel praeter hunc locum legitur Zeph. 1, 9., sed utroque in loco Syrus ab Hebraeo plane est absonus. Ephr. ܒܝܬ ܡܐ̈ܢܐ *domus vasorum,* iterumque in Scholio, quod ex ܡܙܓܐ, vocabulo rariore ortum esse iudicat Spohnius in *Specim.* II. p. 7. Hiob. 19, 2. ܡܥܝܩܝܢ ܐܢܬܘܢ *affligetis* — ܡܕܘܝܢ ܐܢܬܘܢ id. Micha 4, 10. ܣܝܒܪܝ *sustine.* — ܣܬܝܒܪܝ id. Ier. 2, 16. ܢܪܥܘܢܟܝ *contundent, concutient* — ܢܙܝܥܘܢܟܝ. Amos. 5, 27. ܐܫܒܝܟܘܢ *captivos vos ducam* — ܐܫܕܝܟܘܢ *dimittam vos (flando dispergam)* iterumque in Scholio ubi verbum praeterea ita explicat: ܐܫܕܝܟܘܢ ܐܝܟ ܥܦܪܐ ܕܕܪܐ ܪܘܚܐ *flando vos dispergam quasi pulverem quem ventilat ventus.* 2 Regg. 4, 38. ܫܦܝ ܩܕܪܐ *appone ollam* — ܐܦܝ ܩܕܪܐ *coque ollam.* Ies. 1, 24. ܣܢ̈ܐܝ *qui me odio habent* — ܕܝ̈ܫܝ *qui me calcant.* Iterum in Scholio. Memorabilis est locus Ierem. 22, 20. ܒܡܬܢܝ (בָּשָׁן) LXX. *Βασάν.* Ephr. profert ܡܫܡܢܐ, sic etiam Cod. Cantab. apud Thorndic., quod nihil aliud est nisi verbi translatio et explicatio a regionis Basan foecunditate deprompta; etenim significat *terram opimam et foecundam.* cf. *Βατάναια* — *Ματάναια.* Sive ex margine verbum sibi accommodavit Ephraemus, sive illud in Codice iam exstabat. Ies. 1, 6. ܡܚ̈ܘܬܐ ܡܠ̈ܝܬܐ *plagae tumentes.* Ephr. ܕܫܒ̈ܝܐ *captivorum.* Etiam in Scholio. 1, 15. ܒܡܣ̈ܐܢܐ *calceis* ܒܡܣ̈ܐܢܝܟܘܢ id. 22, 10. ܣܬܪܬܘܢ ܒ̈ܬܐ *destruxistis domos.* — ܒܢܝܬܘܢ ܒ̈ܬܐ *fecistis domos,* quam ad interpretationem scholion dirigitur. Zach. 9, 15. ܢܐܟܠܘܢ *comedent* — ܢܐܙܠܘܢ *abibunt.* Iob. 41, 5. ܐܦܝ ܠܒܘܫܗ *superficies vestis eius* — ܐܦ ܠܒܘܫܗ *etiam vestis eius;* eandem scripturarum permutationem, at e contrario, experti sumus Ies. 25, 7. — Iob. 4, 7. ܐܬܕܟܪ ܕܝܢ *memineris igitur* (graece *νύ*). Ephr. ܐܬܕܟܪܝܢܝ *memor sis mei.* Haud sane sciam, an corrigendum sit ܐܬܕܟܪ ܢܝ, in codice quidem Vers. syr. quem adhibebat interpres certo ita scriptum erat, nimirum ܢܝ pro ܕܝܢ positum invenies apud Ephr. II. 7. F. coll. Iob. 17, 3. — 2 Sam. 22, 44. ܡܢ ܚܪ̈ܝܢܘܗܝ *a rixis (populi)* Ephr. 431. E. ܡܢ ܕܝܢ̈ܘܗܝ *a iudicibus,* iterum invenitur in Scholio. Ies. 24, 13. ܐܝܟ ܢܦܨܬܐ *sicut excussio* (olivarum) — ܐܝܟ ܢܦܠܐ *sicut stipula.* 29, 15. ܠܡܥܡܩܘ ܥܒܕܝܢ *qui profunde faciunt* — ܠܡܬܒܥܘ ܥܒܕܝܢ *qui vindictam*

sumunt, id quod a loco isto plane abhorret. 1 Regg. 4, 31. ܟܠܟܠ (כַּלְכֹּל) — ܟܠܟܠ. Num. 16, 1. ܝܨܗܪ (יִצְהָר) — ܝܣܗܪ. Ies. 28, 26. ܢܪܕܝܘܗܝ *castigat eum* — ܢܕܪܝܘܗܝ *ventilat eum*. Iterum in Scholio. Ios. 9, 4. ܡܨܪܪܢ *alligatas* — ܡܨܪܝܢ *scissas*. Scripturas quae THORNDICII collationibus confirmantur atque alias, quae, ex Hebraeo non pendentes, tamen bonae sunt et originis quandam speciem prae se ferunt, extrema nostra disputatione percensebimus.

23. Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere disputationis meae, primum videlicet illam universam accommodationem, tum singula tractantis, quod aperiendum existimavi. Sed priusquam illam partem, quae aget de emendationibus, conor attingere, proponam breviter, quid sentiam de universa Codicis Ephraemiani conditione. Atque id primum hic moneri licet, esse errores nonnullos Ephraemo cum Versione simplice communes. Huc pertinent Ies. 3, 24. Hebr. קָרְחָה. Syr. ܩܘܪ̈ܣܬܐ *incisiones*, omnibus etiam aliis in locis, quotiescunque occurrit, praeter Ier. 48, 37. ubi verba hebr.: *omnia capita calvities*, sic vertit Syr. ܪ̈ܫܝܗܘܢ ܟܠ ܡܩܪ̈ܚܝܢ *omnia capita abrasa sunt*. MICHAELIS in Lex. syr. p. 104. coniecit, legendum esse ܩܘܪܚܬܐ *calvities*. cf. ibid. p. 777. 828. At vero spurium illud legit iam Ephraemus[53]), nec scio, an rectius errorem ab ipso Versionis auctore ducas. Hic plane aliam quidem sententiam e verbo elicuit, sed ad Deut. 14, 1. I. 274. C. intellexit *incisiones*. — Ies. 30, 4. Hebr. כִּי הָיוּ בְצֹעַן, Syr. ܡܛܠ ܕܗܘ ܒܨܥܢ *quoniam ipse* etc. Sic Ephr., at legendum esset ܗܘܘ. — Genes. 10, 10. Hebr. אַכַּד LXX. Ἀρχάδ. contra Syr. et Ephr. ܐܟܪ, quod interpres recte explicat ܢܨܝܒܝܢ *Nisibis*. Qui locus tamen ex Vs. Peschito corruptus videtur. Verum, si placet, quoniam haec satis spero, ad reliqua pergamus. Licet igitur arbitrario egerit Ephraemus atque leges omnes, ab arte critica ei praestitutas, quae videlicet auctoris verba diligenter conservare adeoque etiam ubi fieri potuit restituere et emendare praeceperunt, persaepe laeserit, nihilo minus tamen optimi Codicis ille quo usus est speciem prae se fert omnino. Optima haec codicis indoles, earum scripturarum affluentia quae Hebraeo gaudent auctore, quarum ope plurimi loci possint sanari, quum satis iam appareat et intelligatur, tamen Ephrae-

53) Verba Ies. 3, 24. ܩܘܪ̈ܣܬܐ [Ephr. recte in sing.] ܩܘܪܣܬܐ ܟܠܝܠܐ ܘܡܠܟܐ explicat II. 25. F. sic.: ܩܘܪ̈ܣܬܐ ... ܕܣܝ̈ܡܝܢ ܒܪ̈ܫܝܗܘܢ *imponent capitibus suis* ܩܘܪ̈ܣܬܐ, *nempe vittas quibus viduae in luctu caput obnubere solent*. Ad verbum ܟܠܝܠܐ addit explicationis caussa: ܕܡܪ̈ܓܢܝܬܐ, intellexit igitur de *gemmatibus quae in coronis, diademate*, nec de *caesarie*, ut voluit MICHAELIS l. l. p. 104, qui de chald. בְּלוּרִיתָא monuit. בלורין est chald. *lapis caesus et ad structuram paratus*. Vid. BUXTORF. *Lex. Talm. et Chald.* fol. 314.

mum omnibus reliquis in locis hodiernae Versioni simplici nequaquam nimis longe post habemus, id quod oportere, qui primo leviter eum tractaverit, facile putarit. Etenim si omnes illas immutationes atque conversiones ex arbitrio tantummodo commissas aliunde ortas, si inquam istas scripturas de rationibus deduxeris, earum scripturarum vis, quae, ex ipso Codice iam profecta, perperam nec certe necessario a Versione simplice recedit, erit ferenda. Quamquam quidem certum quendam numerum hic describere nequeas, eatenus tamen ille potest constitui, ut eum haud permagnum existimes. Si omnes nimirum lectiones arbitrarias nec minus omnes emendationes ipsis hebraeis verbis approbatas et confirmatas, tibi exemeris, ea similitudo quae intercedit Ephraemum inter et Versionem simplicem non prorsus alia erit profecto, quantum equidem ex Thorndicii collationibus iudicare possum, quam quae est inter ceteros codices Versionis simplicis. Namque et omnes illi codices in formationibus verborum secum discrepant, omnes verborum in statu numeroque distant, omnes explicationis caussa incrementa arcessunt, omnes verba rei, quae agitur, propriora idemque sonantia proferunt, omnes in verborum scriptura dissident, omninoque omnes similibus in discrepantiis quas in Ephraemi Commentariis cognovimus, conveniunt. Hic igitur earum numerus quem propter arbitrariam ea quae in contextis sunt excitandi rationem valde incertum esse diximus, haud multum sane refert. Quid, quod eiusmodi scripturas variantes, ex Hebraeo non pendentes, Thorndicii codicum auctoritate saepe confirmantur? Dixeris quidem, istos codices Ephraemi auctoritate, omnium scriptorum in ecclesia syriaca laudatissimi, ex eius Commentariis esse corruptos, e contrario autem in Ephraemi contexta eiusdemmodi scripturas aliis ex codicibus hic illicve irruisse. Probe vero. Atqui tuae sententiae cautio quaedam est adhibenda, quum ille Ephraemi cum ceteris codicibus concentus non ita sit magnus, ut certius quippiam inde colligi possit. Putaris etiam, illum Codicem Ephraemianum lacunis laborasse, quum in Commentariis multa non legerentur. Atqui vero, aut libri mss. Ephraemiani integri nondum sunt reperti, aut rei ratio inde potius est repetenda, quod Ephraemus de iis interpretaretur haud necessarium putavit. Quod ad singulas autem voces passim omissas attinet, quominus eas plerumque vere legerit arbitrarioque tantum neglexerit nullus iccirco dubito, quia quae in Versione simplice hodie desiderantur, multifariam compensat aliisque in locis quae in verborum contextorum accommodatione neglexit, tamen in Scholiis varie suggerit. a) Primum enim verba in Versione simplice, ut hodie exstat, male omissa, saepe paullo immutata in Scholiis affert iisque implicat. Amos. 3, 3. ܐܟܚܕܐ. 2, 15. ܡܫܬܠܐ et ܒܥܓܠ. Hos. 3, 1. ܕܪܚܡܐ ܒܥܠܗ. Ezech. 5, 2. ܕܡܕܝܢܬܐ. 7, 19. ܠܐ ܢܣܒܥܘܢ ܠܡܣܒܥܘܬܗ ܐܢܘܢ. 30, 4. ܘܢܣܒܘܢ ܒܥܘܬܪܗ. Ierem. 50, 4. ܘܠܡܪܝܐ ܠܐܠܗܗܘܢ ܒܥܝܢ. 49, 2. ܢܗܘܐ ܠܬܠܠܐ. 16, 21. ܐܘܕܥ ܐܢܘܢ ܐܝܕܝ ܘܓܢܒܪܘܬܝ.

15, 9. ܐܬܡܟܟܬ ܢܦܫܗ. 12, 9. ܠܡܐܟܠܗ. 7, 29. ܘܩܘܡܝ ܥܠ ܫܦܝܐ ܐܠܝܬܐ. Ies. 26, 19. ܘܢܫܒܚܘܢ. 28, 2. ܕܠܐ ܡܟܝܟ — ܐܝܠܢܐ — ܐܪܝܕܐ ܘܢܬܒܥ ܒܟܪܟܐ. 30, 24. ܘܬܘܪܐ ܘܡܠܟܫܝܢ. 32, 10. ܐܦ ܠܐ ܐܬܐ. Iud. 20, 18. ܠܡܩܪܒܘܬܐ. Hiob. 15, 27. ܒܦܬܘܪܗ, omitt. ܒ, affert tamen in Scholio. Genes. 2, 5. I. p. 21. B. omittit ܕܢܦܠܚ, compensat vero p. 21. C. E. — b) Quod omiserit, verbis idem sonantibus in Scholio affert. Ier. 17, 11. Syr. ܗܟܢܐ ܡܢ ܕܩܢܐ ܥܘܬܪܐ ܕܠܐ ܒܕܝܢܐ *sic qui opes comparat at iniuria.* Ephr. in Scholio: ܗܘܝܘ ܗܢܐ ܕܩܢܐ ܥܘܬܪܐ ܘܠܐ ܕܝܢܐ — ܥܘܬܪܐ ܕܠܐ ܒܕܝܢܐ. 7, 12. ܐܫܪܝܬ ܫܡܝ ܬܡܢ ܡܢ ܩܕܝܡ *habitare feceram nomen meum ibi antea.* Ephr. in Scholio: ܒܫܝܠܘ ܡܕܝܢܬܐ ܩܒܥܬ ܗܘܝܬ ܡܫܪܝܬܝ *in urbe Silo sedem meam fixeram.*

24. Perraro sane accidit, ut veterem aliquam Versionem *emendaturo* tantum afferatur adiumentum, quantum syriacae Versionis emendator in Commentariis Ephraemianis invenit, sed illud odiosum est, quod prope omnes illi viri qui Versioni syriacae operam adhuc professi sunt, Ephraemum fere neglexerunt; nec tamen Thorndicii scripturarum variantium collectio de hac Versione instituta, ea praestantissimarum emendationum abundantia est ornata, quam in Ephraemi libris accumulatam videmus. Haec autem reprehensio omnino cadit in Leeum Cantabrigiensem qui novissimo hoc tempore codices illos mss., iam antea inspectos et excerptos, denuo quidem contulit aliosque etiam codices adhibuit, Ephraemi tamen studium, licet de eo verba fecerit, ita neglexit, ut quidem rarissime certe, quamquam Spohnius et Kirschius ei iam succurrerant, eum inspiceret et dumtaxat hic illicve, si forte codices scripturam veram suppeditaverant, se forte inscio cum Ephraemo conveniret; quo de critica eius fide multum derogatur. Et tamen ab uno nostro Ephraemo, quum codices mss. melioris indolis adhuc desiderentur, Versioni Syriacae maximum auxilium est exspectandum. Nec quidem ignoro, si totam scripturarum sacrarum amplitudinem respicias, earum exiguam tantum partem Ephraemi opera posse emendari, quum locorum numerus, quem consignabat haud sit maximus; nec dissimulo, eum in iis accommodandis locis valde negligenter agere et arbitrario, quo sensus biblicus persaepe vix satis exprimatur, sed eo ipso tamen, quo magis ab omni arte critica abhorret, hoc minus de innata codicis, quo utebatur, bonitate et integritate iis in locis dubitari licet, in quibus consentientem cum Hebraeo eum videmus. Accedit etiam illud, quod, ut iam supra exposui, nec illae emendationes a librariis sunt ducendae, qui studio eas verbis contextis insererent, nec Ephraemo alia in promptu fuit translatio, id quod, si accidisset, nos sane in eum confidenter provocare prohiberet. Haec igitur auctoritas nobis est concessa, eo duce emendatoris munere fungi, neque ullos locos reperimus, ubi, si Ephraemus meliorem scripturam praebuit, cetera praesidia, Versiones nimirum et Thorndicii Collationes, omnino defecerunt.

25. Nec solum illae emendationes ex contextis, quibus Ephraemi explicationes sunt adsitae, depromuntur, verum etiam ipsis in Scholiis permultas invenies, saepe tamen ita occultas aliorumque verborum quasi fronde involutas, ut animo ad eas inquirendas maxime attento opus sit. Persaepe enim ubi Versio Syriaca erit corrigenda: a) Ephraemus verbum emendatius in contextis plane omittit posteaque demum, si occasio tulerit, in Scholio affert. b) Altera genuinae scripturae pars in contextis legitur, altera in Scholio. c) Ex utraque demum vel Versionis syriacae vel Ephraemi manca scriptura genuina et plena est conformanda.

26. Quod si omnia, ut spero, quae de Versionis Ephraemianae conditione aperiri volui, iam explicata et aperta assequuti fueritis, abeo ab hoc genere, ac, ne diutius vos demorer, statim ipsae illae emendationes omnes et scripturae aliquot variantes subsequantur; quas certis tamen generibus describemus, quoniam earum conspectus atque intelligentia eo multo facilior fit et expeditior. Sin eiusmodi collectionem maximam suam habere difficultatem, mihi dederis, facile etiam concedes, fieri non posse, quin primo eam instituturum nonnulla fugiant; qua re decet, Kirschii et Spohnii in libris Pentateuchi et Iesaiae olim consumptam operam denuo recolere et reliqua etiam, quantum in me erit, ad numerum colligere; praesertim quidem, quum nostra tractandi ratio paullo aliam se declarare studeat. Atqui eandem veniam, si quid in hac tanta mole commiserimus, vos rogabimus, ne nostrae negligentiae potius et tarditati, quam operis difficultati illud tribuatis. Ceterum denique Versionem syriacam, uti in Waltoni *Polyglottis* exstat, potissimum adhibebo, Leeanam tamen editionem, si cum Ephraemo convenerit, qua par est fide, simul excitaturus.

I. *Verba quae ex Versione syriaca interciderunt, comparent.*

Genes. 3, 22. ܘܢܣܒ LXX] ܘܢܣܒ ܐܦ I. 38. E. Hebr. Vulg. Chald. Leeana ed. — 9, 22. ܠܐܚܘܗܝ] ܠܐܚܘܗܝ ܒܫܘܩܐ, p. 56. B. Hebr. Vss. omnes. Iterum in Scholio et p. 57. A. — 19, 16. post ܒܐܝܕܗ insere ܕܐܢܬܬܗ ܘܒܐܝܕܗ, quod exprimunt Ephr. Hebr. Lee. Vss. omnes. — 20, 1. ܒܝܬ ܪܩܡ ܠܓܕܪ] corr. ܓܕܪ ut Ephr. I. 74. D. Cod. Usserian. et Lee.: ܒܝܬ ܪܩܡ ܠܒܝܬ ܓܕܪ. — 25, 34. ܘܩܡ ܐܙܠ] ܩܡ (ܘ) ܘܐܙܠ p. 79. F. Sic in marg. Usser. etsi, ut Thorndicio utar, Syriasmus hoc non postulet. Hebr. וַיָּקָם וַיֵּלַךְ. — 27, 4. ܘܐܟܘܠ] ܠܟ ܘܐܟܘܠ. Hebr. Vss. omnes. — 29, 35. ܡܪܝܐ ܗܫܐ ܐܘܕܐ] his verbis adscribenda sunt haec: ܘܩܪܬ ܫܡܗ ܝܗܘܕܐ auctoritate Ephr. p. 83. D. Hebr. Vss. omnium. — 31, 29. Polygl. Paris. ܥܡܟ ܛܒܬܐ ܒܝܫܬܐ] ܘܒܝܫܬܐ sic Polygl. Lond. Lee. Ephr. 86. A. Cod. Pocock. — 47, 1. ܘܥܢܗ ܘܬܘܪܝܗܘܢ] ܘܥܢܗܘܢ ܘܬܘܪܝܗܘܢ. Hebr. Vss. praeter Vulg. Lee. — 49, 15. ܘܗܘܐ

ܠܟܢܪ ܐܬܐ] add. ܟܢܪܐ. Hebr. Vss. omnes. Scholion hanc-scripturam testatur. — vs. 21. ܢܘܗܒ] ܕܢܘܗܒ Hebr. Alio quidem in loco, p. 113. E, ut Peschito. — Exod. 3, 5. ܐܪܥܐ ܩܕܝܫܬܐ] ܩܕܝܫܬܐ [ܗܝ] ܗܘ ܐܪܥܐ. Hebr. Vss. omnes. Cod. Uss. Poc. LEE. — 15, 8. ܘܒܪܘܚܐ] add. ܘ. Hebr. Vss. omnes. — vs. 11. ܡܢܘ ܐܝܟܘܬܟ ܡܪܝܐ] add. ܒܐܠܗܐ, quod excipiendum est, hebr. בָּאֵלִים LXX. ἐν θεοῖς. — 17, 1. Polygl. Lond. Ephr. 218. E. (cum punct. Ribui). Hebr. — ܘܠܐ ܡܝܐ] contra in Uss. plenius ܡܝܐ ܗܘܘ ܠܥܡܐ sic LEEANA ed. — 17, 16. Hebr. כִּי יָד עַל־כֵּס יָהּ. Syr. ܗܝ ܐܝܕܐ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ. Ephr. ܠܥܠܡ ܕܐܝܕܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ. — 30, 32. ܠܐ ܬܥܒܕܘܢ]. add. ܗܬܘܒ. p. 234. A. Hebr. Vss. omnes. — Deut. 1, 22. ܩܪܒܬܘܢ] add. ܠܘܬܝ, Hebr. Vss. omnes. LEE. — 26, 13. ܘܦܘܩܕܢܟ] ܘܦܘܩܕܢܗ. Hebr. וְגַם בְּחֻקָּיו. Omnes Vss. Suffixum exprimunt. — Ios. 1, 1. ܘܡܢ ܒܬܪ] ܒܬܪ ܡܢ ܗܘܐ. Hebr. LXX. — Iud. 5, 19. Hebr.: *venerunt reges, pugnarunt, tum pugnarunt reges Canaan apud Taanach ad aquas Megidduntis.* Syr. ܐܬܘ ܡܠܟܐ ܘܐܬܟܬܫܘ ܥܠ ܡܝܐ ܕܡܓܕܘ; plura affert Ephraemus, inverso quidem ordine: ܐܬܘ ܡܠܟܐ ܘܐܬܟܬܫܘ ܒܬܥܢܟ ܐܬܟܬܫܘ ܥܠ ܡܝܐ ܕܡܓܕܘ. Cod. USSER. ܡܠܟܐ ܕܟܢܥܢ [Poc. falso ut Ephr. ܐܬܟܬܫܘ] ܐܬܘ ܡܠܟܐ ܘܐܬܟܬܫܘ ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܬܫܘ ܒܬܥܢܟ ܥܠ ܡܝܐ ܕܡܓܕܘ. Sic etiam LEE. — 9, 8. ܐܡܪܝܢ] add. ܘ ut Hebr. Vss. — 16, 29. ܬܪܝܢ] ܠܬܪܝܢ, signum Acc. expressit Hebr. אֶת־שְׁנֵי. — 19, 1. ܡܠܟܐ ܠܝܬ ܗܘܐ] ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. Hebr. Vss. praeter Arab. — 1 Samuel. 2, 1. ܐܬܪܘܡ] ܪܡ ܒܐܠܗܝ. Hebr. Vss. — v. 3. ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܡܪܝܐ] post ܡܛܠ scribe: ܐܠܗܐ ܕܝܕܥܬܐ, sic Ephr. Hebr. כִּי אֵל דֵּעוֹת. — 2, 8. ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܒܥܘܡܩܐ ܕܐܪܥܐ ܘܣܡ ܥܠܝܗܘܢ ܬܒܝܠ. Hebr. כִּי לַיהוָה מְצֻקֵי אֶרֶץ וַיָּשֶׁת עֲלֵיהֶם תֵּבֵל, Syrus interpres verbum מצקי non a radice הֵצִיק־צוּק *ponere*, sed a rad. יצק־צוּק *profundere* derivavit. Veri simillimum est igitur, eum in mente habuisse *abyssum* s. *profunda* quippe quibus terrarum orbis, secundum narrationem de creatione mundi est impositus. Ephraemus autem, nisi quod verbum ܒܥܘܡܩܗ mutat cum ܒܣܘܦܗ, omnino scilicet ad terminos infimaque terrae spectans, ceteroquin ab Hebr. propius abest; habet enim haec: ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܐܚܕ ܒܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ ܘܣܡ ܥܠܝܗܘܢ ܬܒܝܠ. — vs. 31. ܘܐܪܟܐ ܕܒܝܬ ܐܒܘܟ] ܘܐܪܟܗ ܕܒܝܬ ܐܒܘܟ. Hebr. Iterum in Schol. — 10, 21. ܘܢܦܩܬ ܫܪܒܬܐ] ܠܫܪܒܬܐ. ut Hebr. — 12, 13. ܗܐ ܗܘ ——] post ܐܪܥܐ comparent verba ܐܘ ܫܐܠܬܘܢ, Hebr. Vss. omnes. — 13, 14. ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܛܪܬ] post ܡܛܠ exhibet ܕܠܐ ܢܛܪܬ, ut Hebr. Vss. omnes. LEE. — 14, 45. ܦܘܪܩܢܐ ܠܐܝܣܪܝܠ] Ephr. in contextis ܦܘܪܩܢܐ ܗܢܐ ܒܐܝܣܪܝܠ, in Scholio tamen integre legitur ܦܘܪܩܢܐ ܪܒܐ ܗܢܐ ܥܒܕ. Hebr. Vss. omnes praeter Arab. — 15, 3. ܢܚܪܘܒ] add. Copulam. Hebr. Vss. omnes. — 16, 16. ܥܒܕܝܟ ܩܕܡܝܟ] ܥܒܕܝܟ ܩܕܡܝܟ ܢܒܥܘܢ ܓܒܪܐ ܕܝܕܥ ܠܡܙܡܪܘ ܒܟܢܪܐ. Hebr. — 25, 30. ܠܡܪܝ ܬܒܬܐ ܟܠܗܝܢ] ܠܡܪܝ ܟܠܗܝܢ ܬܒܬܐ ܐܝܟ ܕܡܠܠ ܥܠܝܟ. Pro ܥܠܝܟ tamen corrigendum videtur ܥܠܝܗ. — 28, 15. ܘܫܡܘܐܝܠ ܐܡܪ] ܘܫܡܘܐܝܠ ܐܡܪ ܠܫܐܘܠ. Hebr. Vss. — 2 Sam. 1, 1. ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܡܝܬ ܫܐܘܠ] ܕܡܝܬ ܫܐܘܠ ܘܗܦܟ ܡܢ ܡܡܚܝܬܐ ܕܥܡܠܩܝܐ. Sic etiam MSS. Angl. apud THORNDICIUM. Hebr. Chald. — 2, 26. ܠܡܠܟܘܬܐ]

ܠܥܠܡܝܢ Ephr. habet formulam interrogandi ܠܡܢܐ ܠܥܠܡܝܢ *quid s. num in perpetuum* etc. Sic Hebr. הֲלָנֶצַח. LXX. *μὴ εἰς νῖκος.* Ingenio mutatum videri possit, quoniam Syrus interpres formulas interrogandi saepe respuit, cf. Hirzel. p. 75. 76; neque tamen illud de omnibus locis valet ubi Hebraeus interrogationem posuit; statuendum est potius, haud raro interrogandi quandam formulam ab Ephraemo esse servatam, ut in eis, quae statim sequuntur. — 3, 8. Syr. *Et dixit Abnerus* ܪܫܐ ܕܟܠܒܐ ܐܢܐ ܝܘܡܢܐ ܕܝܗܘܕܐ *caput canum Iudae hodie sum.* Ephr. ܠܡܐ ܪܫܐ ܕܟܠܒܐ ܐܢܐ ܗܘܝܬ ܠܒܝܬ ܝܗܘܕܐ. Iterum interrogatione utitur et in omnibus aliis propius ad hebraea accedit, quae sunt: הֲרֹאשׁ כֶּלֶב אָנֹכִי אֲשֶׁר לִיהוּדָה הַיּוֹם. Iterum in Schol. Genuina videtur scriptura. LXX. Cod. Alex. *μὴ κεφαλὴ κυνὸς ἐγώ εἰμι σήμερον.* — 8, 7. ܡܟܬܫܐ] ܠܡܟܬܫܐ (cum voc. ܿ). Sic Hebr. De vocabuli explicatione, quam affert Ephraemus, consule Michaelem l. l. p. 915. — 14, 13. ܗܕܐ] ܗܕܐ ܐܡܪܬ. Hebr. Vss. — 20, 21. ܐܠܐ ܠܡܢ] ܐܠܐ ܠܡܢ ܗܘܐ. sic etiam Codd. Angl. — 21, 3. ܒܡܪܘܬܗ] ܠܡܪܘܬܗ Hebr. Chald. — 1 Regum 7, 47. init. intercidit ex Versione illud verbum quod positum erat pro hebr. וַיַּנַּח, male igitur ܘܥܒܕ, quod pertinet ad vs. 48. init., relatum est ad vs. 47. atque suo loco omissum. Ordinem autem retinet noster, quum verbum ܘܥܒܕ illuc quo pertinet (init. v. 48.) restituerit et locum (init. vs. 48.) sic expleverit: ܘܥܒܕ ܫܠܝܡܘܢ ܟܠܗܘܢ ܡܐܢܐ ܕܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. Versio syr. omisit ܘܥܒܕ ܫܠܝܡܘܢ et male legit ܕܒܒܝܬܗ. Hebr. וַיַּעַשׂ שְׁלֹמֹה אֵת כָּל־הַכֵּלִים אֲשֶׁר בֵּית יהוה. — 10, 11. ܢܨܝܒܐ] ܕܢܨܝܒܐ. Hebr. — 11, 3. ܠܒܗ] ܠܒܗ. Hebr. Chald. — 17, 24. ܗܫܐ ܝܕܥܬ] ܘܝܕܥܬ ܗܫܐ. Hebr. Vss. — 19, 7. ܩܘܡ] ܘܩܘܡ. Hebr. Vss. — 10, 20. ܡܢ ܗܕܪ] ܒܪ ܗܕܪ cf. Schol. p. 506. A. D. Hebr. בֶּן־הֲדַד. Cod. Pocock. — Ies. 2, 13. ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ] ܘܥܠ ܟܠ ܐܪܙܐ. Hebr. LXX. Leean. ed. ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ. 3, 10. ܕܛܒ] ܕܛܒ. Hebr. כִּי טוֹב. LXX. *ὅτι δύσχρηστος.* — 5, 3. ܗܫܐ] ܘܗܫܐ. Hebr. LXX. — 6, 9. ܐܡܪ] ܘܐܡܪ Hebr. LXX. — 6, 2. ܡܫܬܐ] ܘܡܫܬܐ, p. 48. C. Hebr. Chald. — 8, 11 Hebr. וַיְסִּרֵנִי מִלֶּכֶת. Syr. ܘܡܠܦܢܝ ܕܠܐ ܐܗܠܟ. Ephr. ܘܡܠܦܢܝ ܕܠܐ ܐܗܠܟ. Coniunctio ܕ hic omissa videtur. Illud ܗ quod in contextis Ephr. ante ܕܠܐ legis, huc fraude irrepsit. — 10, 4. ܬܬܦܠ] ܘܬܬܦܠ. Hebr. Vss. — 11, 5. ܬܗܘܐ ܙܪܝܙܘܬܐ] ܘܬܗܘܐ ܩܘܫܬܐ. Hebr. LXX. Ex errore typoth. legitur ܐܠܗܐ. — 20, 2. ܘܡܣܐܢܝܟ] ܘܡܣܐܢܝܟ ܫܪܝ. Hebr. וְנַעַלְךָ תַחֲלֹץ. Vss. Ordo erit mutandus. — 22, 3. ܐܬܐܣܪܘ] add. ܟܠܗܘܢ ܐܬܐܣܪܘ. Hebr. Chald. Vulg. — 22, 11. ܒܝܬ ܫܘܪܐ] ܒܝܬ ܫܘܪܐ ܠܫܘܪܐ, propius accedit ad Hebr. בֵּין הַחֹמֹתַיִם. LXX. *ἀναμέσον τῶν δύο τειχῶν.* Chald. Vulg. — vs. 18. ܠܡܠܟܝ] ܠܡܠܟܐ Suffixum exprimunt Hebr. Vss. omnes. — 25, 2. ܠܡܕܝܢܬܐ] ܠܐ ܠܡܕܝܢܬܐ; iterum in Schol. Hebr. Vss. Codd. Poc. et Cantab. Lee. — 26, 2. ܕܢܥܘܠ] ܘܢܥܘܠ, sic efferendum erat hebr. וְיָבֹא. — 30, 16. ܠܐ ܗܟܢܐ] ܐܠܐ ܠܐ ܩܘܡ, iterum in Scholio ad vs. 17, p. 72. B. Hebr. Vulg. Chald. — 30, 30 ܘܢܚܬܐ] add. Copulam. Hebr. Chald. — 32, 11. ܘܐܣܘܪ] add. Copulam; Hebr. Chald. — 37, 26. ܕܢܣܝܒ ܒܢܘܗܝ] ܩܘܡ ܕܢܣܝܒ sic etiam Cod. Cantab. et

Uss. — 37, 38. ܘܗܘܐ] add. Cop. Chald. Vulg. Codd. Poc. et Cant. — 38, 8. ܡܫܘܚܐ ܡܢ] ܠܡܫܠܡܘܬܗ ܕܚܝܐ ܕܐܬܐ] add. ܠܡܫܠܡܘܬܗ ܕܚܝܐ ܕܐܬܐ ܡܫܘܚܐ ܘܗܘܐ. Hebr. Cod. Pocock. Leeana ed. — 40, 2. ܘܡܩܒܠ] ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܡܛܠ. Hebr. כִּי לָקְחָה. LXX. ὅτι ἐδέξατο. Chald.; Vulg. particulam omisit. — I e r e m. 6, 6. ܦܩܘܕܘܗ] ܦܩܘܕܘܗ, iterum in Scholio. Hebr. Vss. — 6, 16. ܠܗ] add. Cop. Hebr. Vss. — 8, 22. ܡܫܘܚܬܐ ܠܝܬ ܒܓܠܥܕ] ܠܡܢܐ ܡܫܘܚܬܐ ܘܐܣܝܐ *quidni cera est in Gilead*, cf. supra ad 2 Sam. 2, 26. Hebr. הַצֳרִי אֵין בְּגִלְעָד. Cod. Hex. Norberg. ܠܡܢܐ ܪܛܝܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܒܓܠܥܕ *quidni resina est in Gilead?* — 12, 7. ܠܡܫܒܩ] ܠܡܫܒܩ. Hebr. Chald. — 13, 1. ܩܢܐ] ܘܩܢܐ. Hebr. Vss. — 22, 15. ܡܠܟܐ ܐܢܬ ܕܡܣܬܒܪ ܐܢܬ ܕܐܪܙܐ] ܡܣܬܒܪ ܐܢܬ ܕܡܠܟܐ ܐܢܬ ܡܛܠ ܕܐܪܙܐ *numquid te regem iccirco putas, quia cedris delectaris?* Hebr. הֲתִמְלֹךְ כִּי אַתָּה מְתַחֲרֶה בָאָרֶז. Cod. Poc. et Uss. — 22, 30. ܡܛܠ ܕܓܒܪܐ ܒܝܘܡܬܗ] post ܓܒܪܐ addendum est ܠܐ ܡܨܠܚ, sic Ephr., qui alioquin tamen locum confundit. Corr. ܓܒܪܐ ܠܐ ܡܨܠܚ ܒܝܘܡܬܗ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܨܠܚ ܘܩܐܡ. Sic Hebr. Chald. — 45, 4. ܐܢܬ] ܐܢܬ ܗܘ. Hebr. — 49, 27. ܘܐܘܩܕ] add. Copulam. Hebr. Vss. — E z e c h. 1, 9. ܠܩܘܒܠܗܝܢ ܐܙܠܢ ܗܘܝ, sic Ephr. II. p. 165. A., plenius et apertius tamen p. 166. D. ad vs. 12. ubi leguntur haec: ܘܠܩܘܒܠ ܦܪܨܘܦܗܝܢ ܐܙܠܢ ܗܘܝ *coram facie sua incedebant* i. e. *quo quodque animal spectabat eo incedebat.* Sic Hebr. אִישׁ אֶל־עֵבֶר פָּנָיו יֵלֵכוּ. LXX. ἕκαστον ἀπέναντι τοῦ προσώπου αὐτῶν ἐπορεύοντο. Cod. Hex. Norberg. ܟܠ ܚܕ ܠܩܘܒܠ ܦܪܨܘܦܗ ܐܙܠܢ ܗܘܝ. Haec Ephraemi scriptura in scholio subsequente ܗܝ ܕܐܡܪ ܦܪܨܘܦܗܝܢ suam habet auctoritatem; est igitur corrigendum. — 5, 3. ܙܥܘܪ] add. ܐܢܘܢ. Hebr. Vss. Cod. Uss. — 16, 7. ܘܠܡܬܓܢܝܘ ܠܡܬܓܢܝܘܬܐ] Syrus interpres in mente habuit בַּעֲרֵי עָרִים pro: בַּעֲדִי עֲדָיִים. Ephr. ܠܡܬܓܢܝܘ ܠܡܬܓܢܝܘܬܐ. Haud sane sciam, an appositio illa ex Versione syr. interciderit, quum addita videatur, ut eiusdem verbi iteratio, cui vis inest aliqua, melius eo exprimeretur. — 20, 8. ܠܡܫܡܥ] ܠܡܫܡܥܢܝ. Hebr. Vss. — 21, 27. ܘܐܫܠܡܝܘܗܝ] apponit ܠܗ, ut Cod. Uss. — 29, 4. ܐܣܩܟ] add. Cop. Hebr. Vss. Cod. Usser. — 32, 27. ܢܫܟܒܘܢ] ܠܐ ܢܫܟܒܘܢ. corr. ܘܠܐ; sic Hebr. Chald. Vulg. — D a n. 11, 22. ܕܥܠܢܐ. ܐܦ ܡܕܒܪܢܐ ܕܩܝܡܐ] post ܕܥܠܢܐ addit ܘܩܡ ܡܕܒܪܢܐ ܕܩܝܡܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܘܢܬܒܪܘܢ. corr. ܐܦ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܘܢܬܒܪܘܢ ܘܩܡ ܡܕܒܪܢܐ, sic Cod. Uss. Lee. — vs. 39. ܘܢܫܠܛ] ܐܢܘܢ ܘܢܫܠܛܝܘܢ, sic Hebr. וְהִמְשִׁילָם Vss. — H o s. 1, 7. ܠܐ ܒܩܫܬܐ] ܘܠܐ ܒܩܫܬܐ. Hebr. Vss. — 2, 15. ܒܫܘܒܚܐ] ܘܒܫܘܒܚܐ. Hebr. LXX. Vulg. — 5, 1. ܕܝܢܐ] ܕܝܢܐ ܡܛܠ. Hebr. LXX. — A m o s. 1, 4. ܐܡܪ] add. Cop. Hebr. Vss. Infra tamen, ubi verba repetit, Cop. omittit. — 3, 14. ܐܥܘܩܒ] add. Cop. Hebr. Vss. praeter Vulg. — 8, 9. ܐܚܫܟ] add. Cop. Hebr. Chald. — M i c h a 1, 6. Hebr. וְשַׂמְתִּי לְמַטָּעֵי כָרֶם. Syr. ܘܢܨܒܬܐ ܕܟܪܡܐ —— ܘܐܣܝܡܝܗ. neque secus in contextis Ephraemus, nisi quod in extremis male profert: ܠܢܨܒܬܐ ܕܟܪܡܐ; contra in Scholio recte leguntur ܠܢܨܒܬܐ ܕܟܪܡܐ; in verba ܐܢܐ ܐܣܝܡ, quae heb. שמתי respondent, casu, suspicor, in Scholio incidit, quoniam illud ܐܣܝܡܝܗ vere eum legisse, ex iteratione apparet; etsi omnes Versiones conve-

niunt: LXX. καὶ θήσομαι — Chald. וַאֲשַׁוֵּי. Vulg. *et ponam.* — 5, 7. ܘܡܠܐ ܕܒܪܢܫܐ ܘܫܡܫܐ: ܠܒܪ] ܘܒܪܢܫܐ ܘܫܡܫܐ ܘܡܠܐ ܕܒܪ. Sic Hebr. Ordinem mutare, ut Spohnius voluit, haud necessarium est. — Zach. 4, 2. ܡܫܚܐ] add. Cop. Hebr. Vss. — 4, 6. ܒܪܘܚܝ] ܒܪܘܚܐ. Hebr. Vss. Iterum in Schol. — 5, 7. ܗܝ ܚܕܐ ܐܢܬܬܐ] ܗܝ ܗܝ ܐܢܬܬܐ. Nescio an sit omissum ܗܝ. — 6, 11. ܟܣܦ] ܘܟܣܦ. Hebr. Vss. — 11, 7. ܘܠܚܒܠܐ ܩܪܝܬ] add. ܩܪܝܬܗ *vocavi eum.* Hebr. Vss. — vs. 10. ܘܫܒܩܬ) ܠܫܒܩܬ. Hebr. Chald. — 12, 2. ܐܦ] add. Cop. Hebr. Vss. — 14, 8. ܘܣܬܘܐ ܘܩܝܛܐ] praeponit ܘܢܗܘܐ. Hebr. LXX. — vs. 13. ܘܢܐܚܘܕ ܐܢܫ ܒܐܝܕܐ ܕܚܒܪܗ] (ܘܢܐܚܘܕ). Hebr. וְהֶחֱזִיקוּ אִישׁ יַד רֵעֵהוּ. — Maleachi 3, 2. ܡܢܘ] add. Cop. Hebr. Vss. — Iob. 2, 6. ܠܚܘܕ ܢܦܫܗ ܛܪ] ܕܢܦܫܗ ܛܪ, in contextis omittit ܠܚܘܕ, affert tamen in scholio; corrigendum videtur ܠܚܘܕ ܕܢܦܫܗ ܛܪ *quod tamen ad animam suam attinet, serva.* Hebr. אַךְ אֶת־נַפְשׁוֹ שְׁמֹר. — 15, 13. ܐܘ ܡܢܘ ܠܐ ܢܬܬܠ ܡܛܪܐ ܐܘ ܡܢ ܕܢܬܠ ܡܛܪܐ] ܠܐ ܢܬܬܠ ܡܛܪܐ, corrig. ܐܘ ܡܢܘ ܠܐ ܢܬܬܠ ܡܛܪܐ sicuti iam coniecit Thorndicius.

II. *Formae grammaticae male depravatae emendantur.*

Genes. 1, 6. ܘܗܘܐ ܦܪܫܐ] ܘܢܗܘܐ ܦܪܫܐ I. 13. E. Hebr. MS. Uss. Lee. Iac. Edessenus I. 118. D. — vs. 27. ܕܟܪ] ܕܟܪܐ p. 18. F. Ms. Uss. contra p. 19. A. ut Pesch. — 3, 5. ܕܐܝܟ ܐܠܗܐ] ܕܐܝܟ ܐܠܗܐ ܗܘܝܬܘܢ (quod idem est.) p. 30. D. MS. Uss. — ibid. ܐܝܟ ܐܠܗܐ] omnibus in MSS. Angl. ܐܝܟ ܐܠܗܐ cum punct. plur., sic immutavit Lee; Ephr. p. 30. D. in sing. — vs. 6. ܕܠܒܥܝܢܐ] ܠܥܝܢܝܐ p. 28. A. sic Hebr. Vss. MSS. Angl. Lee. — 6, 1. ܘܒܢܬܐ ܐܬܝܠܕ ܠܗܘܢ] ܘܒܢܬܐ, id. cf. I. 48. D. ܕܐܬܝܠܕ ܒܢܬܐ. cf. quae hac de re alia in cera (36 med.) adnotavimus atque infra (pag. 48.) exemplis (Ier. 14, 5. 22, 6.) comprobabimus. — 6, 11. ܘܐܬܡܠܝܬ] ܘܐܬܡܠܝܬ. Hebr. Vss. MSS. Angl. Lee. — 9, 6. ܒܕܡܘܬ] ܒܕܡܘܬܗ, p. 55. D. Hebr. Vss. — 11, 7. ܠܫܢܐ] sic etiam Ephr. p. 58. F. et saepius p. 59. Recte admonet Thorndicius certam esse lectionem, vel propter MSS. in quibus puncta pluralis, vel propter vs. 9., etsi Hebraeus numerum singularem suadeat. — 18, 4. ܢܣܒ ܡܥܛ ܡܝܐ] ܘܐܫܝܓ Nihil habet Ephraemus, tamen mutare malim: ܣܒܘ ܡܥܛ ܡܝܐ ܘܐܫܝܓܘ, quod convenientius est hebraeis: יֻקַּח־נָא־וְרַחֲצוּ; etenim Iacobus Ed. I. p. 166. B. a versu 3 deflectens, ubi Abrahamum tres personas quasi unam alloqui dicit, addit ad vs. 4. haec: ܘܡܫܠܡ ܠܗ̈ܝܢ ܠܐܠܗܘܬܐ ܣܒܘ ܡܥܛ ܡܝܐ ܘܐܫܝܓܘ ܘܫܡܐ *mox vero subdit pluraliter: sumite paullulum aquae et lavate etc.* Iam progrediente oratione observat, omnia audiri in plurali numero (ܟܠܗܝܢ ܡܫܬܡܥܢ). Iacobo autem in illa catena (p. 116 — 120) Versionem simplicem in promptu fuisse, manifestum est. cf. quod supra observavi (p. 20. extr. annot.). — 19, 31. ܠܡܥܠ ܠܘܬܢ (ܕܢܥܘܠ ܠܘܬܢ sic Hebr. לָבוֹא עָלֵינוּ. Chald. — 30, 3. ܘܐܬܒܢܐ] sic Pol. Lond. et Ephr. p. 84. A. contra Codd. Uss. et Poc. ܘܐܬܒܢܐ, sic

